



~~1979.8~~

C550.4



BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
Of Boston, Mass.
(Class of 1829.)

Received *May 28,*
1860.

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEII

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,
SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTÆ
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DOCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE

PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THIEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;

ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS,

A PRIMO GENESES USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTEREM NITIDITAS,

CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTEM

BIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,

SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,

PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,

LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA,
JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET
FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEEDIT NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE IN-
TRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE
VERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR,
COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AM-
PLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XV.

ORIGENES.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM
SIVE PETIT-MONTROUGE.

1857



SÆCULUM III.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ

ORIGENIS

OPERA OMNIA,

EX VARIIS EDITIONIBUS ET CODICIBUS MANU EXARATIS, GALLICANIS, ITALICIS, GERMANICIS ET ANGLICIS COLLECTA ATQUE ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATA, CUM COPIOSIS INDICIBUS, VITA AUCTORIS ET MULTIS DISSERTATIONIBUS.

OPERA ET STUDIO

DD. CAROLI ET CAROLI VINCENTII DELARUE,

Presbyterorum et monachorum Benedictinorum e congregatione S. Mauri ;

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS QUINTUS

CONTINENS PARTEM PRIOREM HEXAPLORUM QUÆ AD PRIMITIVUM REDUXIT ORDINEM, NEMPE VERE HEXAPLAREM, IN NUMERISQUE OMNIS GENERIS EXPURGAVIT ERRORIBUS, NOTISQUE ILLUSTRAVIT SUIS NON PAUCIS

P. L. B. DRACH

S. COMER. DE PROPAGANDA FIDE BIBLIOTHECARIUS HONORARIUS; PHILOSOPHÆ ET LITTERARUM DOCTOR; PONTIFICIARUM ACADEMIARUM RELIGIONIS CATHOLICÆ ET ARCADUM, PARIENSISQUE SOCIETATIS ASIATICÆ, ETC., ETC., SODALIS; EQUUS GALLICÆ LEGIONIS HONORIS, REGNI ORDINUM PIANI, S. GREGORII MAGNI, S. SYLVESTRI, S. LUDOVICI CIVILIS MERITI LUCENSIS SECUNDÆ CLASSIS, ETC.; OLIM VERO, DUM IN SYNAGOGA, RABBINUS LEGISQUE DOCTOR.

VENEUNT OCTO VOLUMINA 85 FRANCIS GALLICIS. 1.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUË.

1857

Q550.14

1862. 1. 21.
Gray
\$2.07

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XV CONTINENTUR.

ORIGENES.

Hexaplorum quæ supersunt.

Ex Typis MIGNÉ, au Petit-Montrouge.

HEXAPLORUM ORIGENIS

QUÆ SUPERSUNT

MULTIS PARTIBUS AUCTIONA QUAM A FLAMINIO NOBILIO ET JOANNE DRUSIO EDITA FUERINT

EX MANUSCRIPTIS ET EX LIBRIS EDITIS ERUIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT

D. BERN. DE MONTFAUCON

MONACHUS BENEDICTINUS E CONGREGATIONE S. MAURI.

(Parisii 1713, 2 vol. in-folio.)

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Eminentissimo D.D. Cæsari d'ESTRÉES, cardinali episcopo Albanensi, duci ac pari Franciæ, regiorum ordinum commendatori, S. Germani a Pratis abbati, etc.

Non diu multumque cogitavi, cui hasce lucubrationes nuncuparem; adest quippe domi cui similem foris frustra quærerem: siquidem in te uno, Eminentissime Cardinalis, omnia splendent virtutis litterarumque ornamenta, omnia optimi Mæcenatis insignia, cujus partes sunt litteratos benevolentia complecti, officiis prosequi, exemplo concitare. En tibi Hexaplorum Origenis partem offero, quæ post diuturnum cum blattis et tineis conflictum emergit demum et auspiciis tuis in lucem prodit.

Arbitror ego te, Vir amplissime, antiquitatis præsertim ecclesiasticæ studiosissimum, haud leviter indignaturum, quod posterioris ævi scriptores opus tam ingens, tot laudibus a priscis illis Ecclesiæ doctoribus celebratum, magno suo dedecore ita interire passi sint, ut nonnisi summo labore et industria hasce ejus reliquias extremæ perniciæ jam proximas eruere potuerimus.

Illud autem minime eventurum erat, Ecclesiæ Princeps eximie, si tui similes postremis sæculis Ecclesiam et rempublicam litterariam exornassent; viri scilicet qui litteras ingenuasque artes, aut florentes conservare, aut labentes erigere possent. Sed quod ævo nostro providente Numine conceditur, id in multis ætatibus reperire haud ita facile fuerit. Quot enim sæcula percurrere opus erit, ut talem tantisque dotibus insignem virum inveniamus; virum, inquam, ita rebus vel quam maximis gerendis natum, dicendi scribendique tam peritum; litteris disciplinisque omnibus sic excultum; virum denique, qui quam se cunque in partem dederit, facile princeps fuerit?

Nam vel a primo juventutis flore apud te, semper virtutis quam ætatis fuit cursus celerior.

Summo quippe loco natus et avitæ gloriæ memor, majorum tuorum vestigia non modo sequi, sed etiam antevertere studuisti. Hinc episcopalem nactus dignitatem rebus Ecclesiæ vel maximis componendis operam non minus sagaciter quam feliciter dedisti. Deinde promeritum purpuræ adeptus honorem, ac gravissimis regni negotiis apud exterarum nationum tractandis a regum maximo deputatus, nullam Europæ catholicæ regionem insigni rerum gestarum splendore vacuam reliquisti. Manent hodieque Romæ, per totam Italiam, in Germania, Hispania, Lusitania, egregia sapientiæ virtutisque tuæ vestigia; quæ omnia si pro rei dignitate recensere aggrediar,

. cupidum, Pater optime, vires
Deficient :

sed eloquentiori hanc palmam relinquo; mihi enim id esset periculosæ plenum opus alæ, et aliunde tot laudibus dignus vix laudi aditum concedere soles

Verum id mihi a modestia tua impetrare liceat, Eminentissime Cardinalis, ut duo tantum summopere miranda, quorum testis fui oculatus, huc asseram. Primum est te ita patriæ rebus semper advigilasse, ut tamen exterorum, apud quos negotia gerebas, animos tibi devincires, et eos tum officiis, tum dicendi lepore ita tibi conciliares, ut optimates et aulici te quasi Patrem vel propinquum agnoscerent. Quamobrem in nulla fere Europæ catholicæ regione peregrinus existimaris. Quod si, ut ait Orator (a), « non quidquam ex rebus humanis est præclarior aut præstantior, quam de republica bene mereri, » quantus hinc tuis laudibus cumulus accedit, quod non patriam modo tuam, sed alias etiam nationes summis beneficiis exornaveris; Lusitaniam dico, Bavariam, Italiam; quæ tantum ornamenti vel præsidii in amicitia atque auctoritate tua, quantum commodi repositum in benignitate senserunt.

Alterum quod mihi stuporem sæpe ingentem attulit illud est, quod amplissimis licet muneribus per totum vitæ curriculum perfunctus, nihil obstante rerum agendarum mole, litterarum cultum nunquam intermiseris. Nec tantum dico te id præstitisse quod solent alii sapientes viri, publicis negotiis deputati, qui ubi a solito munere vacant, ad litterariam exercitationem trans-eunt, vel usu librorum solitudinis tædium fallunt, quod tamen ipsum est in magna laude ponendum; sed ita semper comparatum fuisse demiror, ut de quovis litteraturæ, seu sacræ, seu profanæ genere loquendum, disserendum vel scribendum fuerit, non minus expedite et sagaciter hæc egeris, quam peritissimi quique artium et disciplinarum magistri: adeo ut qui te negotia vel gravissima tanta solertia tractantem cernerent, omnia posthabuisse putarent, quo rerum gerendarum peritiam assequerere; qui vero de omnigena litteratura disserentem audirent, te totam ætatem in litterarum studio contrivisse, cæteraque omnia neglexisse crederent.

Sed quam bonis avibus factum est, ut ex tantis undequaque susceptis feliciterque gestis negotiis ad nos receptum haberes! Immortales sane gratias habemus Ludovico Magno, qui te actarum rerum gloria clarum, hujus cænobii antistitem constituerit; qua in re nescio an plus tuis, Eminentissime Cardinalis, quam nostris commodis prospexerit. Hinc illa effusa in monasterio nostro lætitia, hinc ille plausus omnium sodalium de tanta fortuna sibi mutuo gratulantium; qua in re non partes tui posteriores. Ecquid enim litteratorum cætui plus gaudii afferat, quam cum sibi principem a regum sapientissimo designari conspiciunt eum, quem ipsi, si penes se ejus rei arbitrium fuisset, communi omnium calculo sibi cooptassent?

In San-Germanensibus autem ædibus illis, quæ tot principum domicilium fuerunt, ceu in arce vel specula quadam constitutus, Eminentissime Cardinalis, iis omnibus fulges ornamentis, quibus olim varias Europæ gentes illustrabas, quodque mirabile dictum est, annos prope Nestoreos emensus, divina quadam celeritate ingenii dicendique copia, sicut olim ille Carneades, omnium ad te animos convertis et rapis. Te sæpe in consessu eruditorum suspicimus de quovis litterarum genere ita perite disserentem, ut fateantur omnes te non minus eruditione quam dignitate primas tenere. Nam sive de historia et geographia, sive de rebus ecclesiasticis et canonicis agatur, parem in omnibus facultatem exhibes, in nulla, ut ita dicam, orbis litterarii parte hospes. Tum si ad mansuetiores Musas te referas, Græcas, Latinas Gallicasque, memoriæ felicitate juvenes, ingenii acrimonia eruditos quoslibet antecellis.

(a) Cic. Fam. x, 5.

Stupent sane ii quos ad consortium tui evocare dignaris, litteratorum princeps amabilissime, et rediisse putant illa tempora quibus inter principes viros in omni genere micabas. Omnium quippe in te floridam redolent ætatem; bona valetudo, summa gratia, tantus ille in jocando lepos, sic temperatus ut nihil jocus de gravitate decerpit. Qui te talem vident, id se oculis observare putant quod quidam e veteribus dixit :

A certis annis ævum remeare peractum

Quis igitur Origeni fortunam non gratuletur suam, qui in præstantissima Operum suorum parte peneredivivus conspectui sistitur tuo? ac qui inter ævi sui Christianos pulcherrimam eruditionis tulerat, jam te, litterarum decus, patronum ambit, ut auspiciis tuis ex tenebris ubi diu latuerat eductus, ad eruditorum orbem faciles aditus reperiat, certus patrocinii tui pignore se in pristinam non reversurum caliginem. Hunc ille jam laborum fructum exspectat. Quantis enim sudoribus Hexaplorum et Octaplorum opus molitus sit, testis vel ipsius operis conditio, testis et Hieronymus, qui Origenem χαλκίνοτερον appellat, quia scilicet viscera quasi ænea ob assiduitatem scribendi habere putabatur : in cujus colligendis reliquiis multo labore diuturnisque vigiliis exercitatus, pene factus sum et ipse χαλκίνοτερος : fortunatus tamen si hasce meas lucubrationes lubenti animo acceperis ; fortunatior, si ad diuturnum, ut spero, tempus, patrocinio tuo uti pergam.

FR. BERNARDUS DE MONTFAUCON,
Monachus Benedictinus e congregatione Sancti Mauri.

PRÆFATIO.

Inter præstantiora Origenis opera principem obtinere locum *Hexapla* illa, tanto labore studioque concinnata, fatentur eruditi quique tum veteres, tum recentiores. Cum enim homini Christiano nihil ad rectam fidem statuendam moresque informandos opportunius sit divinarum Scripturarum intelligentia, ejus sane utilitati tunc optime consultum putatur cum quidpiam in lucem editur ad reseranda Scripturæ arcana et ad ejus intimos sensus explorandos accommodatum. Quid autem eo in genere accuratius, quid ad Scripturæ sacræ mentem aperiendam commodius eximio illo *Hexaplorum* et *Octaplorum* opere? Ibi namque, præter *LXX* Interpretum editionem, tres aliæ interpretationes, a doctis viris Aquila, Symmacho et Theodotione elaboratæ, in omnibus Hebraicæ Scripturæ libris comparebant; in libris etiam non paucis trium insuper aliorum interpretum anonymorum editiones e regione aderant uno sub aspectu positæ; ita ut earum omnium lectione, et mutuo facta comparatione, si qua obscura et difficilia occurrerent, longe facilius tali subsidio explanarentur. Hinc factum est ut sancti Patres, ac veteres scriptores ecclesiastici pene omnes, iique maxime qui doctis in sacram Scripturam commentariis claruere, *Hexaplorum* Origenis usum præstantiamque passim commendent. Eusebius nempe, Diodorus, Chrysostomus, Theodoretus, Procopius et alii; interque Latinos Hieronymus, qui non in Commentariis modo suis ope illorum perpetuo utitur, sed etiam in adornanda eximia illa editione Latina, quam hodie *Vulgatam* appellamus, frequentissime Aquilam vel Symmachum, rarius Theodotionem aliasve editiones sequitur.

Si quid unquam immortalitate dignum emissum in lucem fuerit, si qua lucubratio a temporum injuria vindicari meruerit, hæc sane erat tot parta vigiliis, laboribus, sumptibus. At, proh dolor! a sæculis plus quam octo ingentis molis opus ita periit, ut ne particula quidem ejus, ut fuerat ab Origene concinnatum, ad nos usque devenerit, nec spes videatur esse quidpiam unquam emersurum, quo tanta jactura sarciat; a tempore autem amissi operis aliquot effluxere sæcula, ignorantiae tenebris adeo obruta, ut ne sensus quidem importati danti penes homines etiam, ut illa ætate, doctos esse videretur. At post restaurata, proximis sæculis, litterarum bonarumque artium studia, ubi veterum scripta, quæ diu jacuerant interitui proxima, e situ vindicari et in publicum emitti cœperunt, non defuere viri qui de restaurandis si non *Hexaplis*, *Hexaplorum*: saltem laciniis, cogitarent. Qui vero primus rei manum admovit Flaminius Nobilius, in Bibliis Græcis Romæ censis anno 1587, multas Aquilæ, Symmachi, et Theodotionis alio: umque in-

terpretum lectiones notis inseruit, quotquot videlicet tum ex Romanis codicibus, tum ex veterum libris excerptere potuerat Petrus Morinus Parisinus, ut ex ejusdem Morini epistolis aliorumque testimoniis arguitur.

Sub hæc Joannes Drusius eadem ipsa quæ Flaminius ediderat, non paucis accessionibus locupletata cum eruditis notis descripsit: at cum fato præoccupatus ea in publicum edere non potuisset, post ejus obitum publicandi curam suscepit Sixtinus Amama Hebraicarum litterarum Franekeræ professor: opusque Arnhemæ proliit anno 1622, hoc titulo: *Veterum interpretum Græcorum in totum Velus Testamentum Fragmenta, collecta, versa et notis illustrata a Joanne Drusio, linguæ sanctæ in illustrium Frisicæ ordinum Academia, dum viveret, professore.* Drusii labor a laudatis viris laudatus, litterarum sacrarum studiosis magno usui fuit. Hunc ego librum frequenter adire solebam, antequam de novis accessionibus faciendis cogitarem: et mirabar subinde ex tanto opere adeo pauca superesse fragmenta. Cum autem evolueris codicibus Græcis solitam darem operam, jam anni sunt plusquam viginti tres, rem, quam potui diligentissime, sum aggressus: tum si qua veterum interpretum loca in manuscriptis occurrerent, statim ad Drusium properabam, ut explorarem an observata editaque essent. Brevi autem comperi multa prætermissa fuisse, imo ex jam observatis et editis non pauca esse quæ manu medica egerent. Hinc omnia describere cœpi, paulatimque tum in Gallia, tum in Italia, et potissimum Romæ, tantam lectionum silvam reperi, ut Drusiana collectio nostræ comparata ne decimam quidem, imo ne decimam quintam ejus partem attingeret. Quauquam non in omnibus Scripturæ sacræ libris æqualis offeratur lectionum messis. Nam in Pentateucho, si annumeres ea quæ in Appendice ex codice Coisliniano adjunximus, ne vicesimam quidem nostrarum partem æquant Drusianæ lectiones. In libris Josue et Judicum pene nihil habet Drusius, ubi nos in singulis pene versiculis lectiones proferimus. In libris Regum, maxime in primo et secundo, vix quinquagesimam nostrorum particulam exhibet ille. In libro Job multis partibus Drusianam superat nostra collectio, pariterque in Psalmis, quorum multi pene totum Symmachum repræsentant. In Proverbiis, Ecclesiaste et Canticis non multa proferimus nova. Verum in prophetis omnibus, præcipue vero in Jeremia, Ezechiele et minoribus prophetis, tot nondum observata comparent, ut Drusiana collectio iis obruta videatur esse.

His ita comparatis, de modo concinnandi edendique operis non una fuit amicorum sententia. Alii enim volebant totum Hebraicum edi textum cum interpretatione τῶν Ὁ', eadem prorsus methodo qua Origenes ediderat, ita ut sex ubique columnæ adessent, et sicubi aliorum interpretum editiones deficerent, vacuus ibi locus relinqueretur. At me reluctante, et quanto litteratorum incommodo, quantisque sumptibus tam immane opus proditurum esset objiciente (a), vel iidem ipsi qui tale consilium dederant, auctores demum fuerunt, ut in primo solum Geneseos capite, quasi pro specimine, Origenianæ columnæ adessent: ac in sequentibus deinde capitibus, ea solum loca afferrentur in medium, quorum interpretatio sive secundum Aquilam, sive secundum alios reperta fuisset: ita ut lectiones illæ cum Hebræo, LXX Interpretibus et Vulgata comparatæ, uno sub aspectu jacerent, et quidem eodem ordine, quantum licebat, quo ab Origene in *Hexaplis* positæ fuerant.

Compendii vero causa, ubi duo vel tres vel plures interpretes eodem prorsus modo vertunt, ac sine ullo vel minimo discrimine, tunc versionem non repetimus ad singulos, ut fecerat Origenes, sed nomina eorum qui similiter interpretati fuerant, a prima solum nominis littera, præmittimus hoc pacto Α., Σ., Θ. ἐν τοῖς μὲν τῆρου αὐτοῦ Α., Σ., Θ., in *naribus ejus*. Hebraicæ lectionis, et interpretationum Græcarum, quæ illam sequuntur, versionem Latinam in altera columna e regione ponimus, subjuncta altero caractere Vulgata Latina, ut etiam Græce imperiti hac nostra collectione uti valeant.

Non deerant qui vellent integrum edi textum Biblicum, alii Hebraicum, alii LXX, alii vero Vulgatam Latinam, ut scilicet qui *Hexaplis* nostris, ubi textus integer secundum nullam editionem adest, uti vellent, ibi tamen totam Scripturæ seriem secundum aliquam ex editionibus ad manum haberent. Ne multa, hoc item consilium respuendum duxi: siquidem res ita concinnata est, ut quisque commode possit, vel Hebraicum, vel LXX interpretes, vel Vulgatam Latinam, vel demum Polyglotta ipsa, hac præsentem et apertam *Hexaplorum* collectionem, perlegere; atque ubi suppetunt veterum interpretum lectiones, easdem cum eo, quem præ manibus habent, Scripturæ textu conferre, ut plurium interpretum auxilio res minus tritæ vel obscuræ facilius intelligi queant.

Singulis capitibus notas subjicimus, ubi primo dicitur undenam lectiones veterum interpretum excerptæ fuerint. Deinde si qua ad veram lectionem asserendam oportuna suppetant, ea clare pro modulo nostro proferimus. Loca Patrum ac veterum scriptorum selectiora adjicimus, eorum maxime quorum opera, præter ἀποσπασμάτια (*exigua fragmenta*) quæ in Catenis manuscriptis supersunt, deperdita sunt. Horum vero festivam copiam animadvertet eruditus lector, præsertim in Pentateucho. A prolixioribus explanationibus compendii causa abstinuimus. Non enim in proposito nobis fuit commentaria nova in Scripturam sacram edere, sed ea solum afferre quæ veterum interpretum lectionibus vel eruendis vel confirmandis necessaria erant. Ex

(a) Primumgenium ordinem, partitionem scilicet in columnas sex, ab ipso Origene institutum, retinuimus. Grandis utique labor, sumptus grandiores! quos tamen in gratiam lectorum subeundos recepimus. Prodeunt ergo egrægiæ reliquiæ non jam nomine tenus, sed vere ἐκείναι, distributæ. Edit. PARBOL.

Usui notis eas **delegimus** et exscripsimus, quæ utiliores esse videbantur. Licet enim ille strenui scriptoris munus impleverit, grammaticis tamen adnotationibus, pro more suo, omnia ad nauseam usque replevit, ita ut res omnino tritas et cuique pervias passim afferat : quam rem ipsi, nec sine ludibrio, vitio vertebat Josephus Scaliger.

Editionum ordinem, quem Origenes instituerat, servandum duxi, ita ut primo locetur Hebraicus textus, deinde Aquila, post Symmachus, quarto loco LXX, postremo Theodotio : atque ubi tres aliæ editiones quinta, sexta et septima habentur, illæ novissimæ omnium ponantur. Hebræi, Samaritani, et Syri Græcas interpretationes, quæ nonnunquam occurrunt, semper post Hebraicum textum et ante alias editiones Græcas locamus. Hebraicæ lectiones sine punctis motionibusque Massoreticis hic semper scribuntur : nec liberum fuit secus agere, quia notæ illæ Massoreticæ sæpissime ad alium sensum determinant, diversumque ab eo quem illi secuti sunt. Lineolam tamen Maccaph dictam, ut in Massoreticis libris usurpatur, retinendam duxi, quia ejus aliquam rationem habuisse videntur veteres illi, ut ex verbis Hebraicis Græce descriptis, quæ supersunt, liquidum videtur.

Hebraici textus Latinam interpretationem deditimus, qualem dedere Santes Pagninus vel Arias Montanus : nam alterutrum fere sequimur ; ita tamen ut quando illi nimio scrupulo interpretationes efferunt barbaras, et quæ vix intelligantur, alias substituamus paulum elegantiores et clariore. Vix enim æquo animo feras, exempli causa, eos, ubi $\eta\kappa$ pro ira accipitur, quod passim contingit, *nasum* vertere, et *nasum Dei*, pro *ira Dei* ubique interpretari, ut cætera taceam $\kappa\alpha\kappa\omicron\zeta\eta\lambda\iota\alpha\varsigma$ exempla. Nomina vero propria non secundum Massoreticam lectionem, sed ut veteres legebant, ut plurimum exprimimus ; si secus accidat, vel incuria vel lapsu typographorum accidit.

Asteriscos et obelos apposimus, ubicunque in manuscriptis notabantur. Cæteros autem, qui passim occurrebant in *Hexaplis* Origenianis, quosque jam restituere difficillimum esset, non perquirendos esse putavimus. Nam, ut fusius in Præliminaribus dicitur, asteriscorum maxima pars hujus generis erant, ut parum inde lucis ad litterarum Hebraicarum intelligentiam accederet. Siquidem tanto scrupulo fuerant ab Origene positi, ut vel quam minimas particulas Hebraismosque omnes, qui Græca lingua non poterant concinne enuntiari, quique nihil ad sensum faciebant, importuna $\acute{\alpha}\rho\chi\iota\theta\acute{\iota}\tau\epsilon\varsigma$ notarent. Tunc vero solum asterisci et ea quæ asteriscis indicabantur utilia erant, cum clausulas aut verba a LXX Interpretibus prætermittenda exhibebant : hujus autem generis asteriscos summo studio perquisivimus, qui si cum aliis supervacaneis comparentur, paucissimi sunt. Obeli autem, ea quæ in LXX Interpretibus redundabant adnotantes, assequendæ Scripturarum menti, ut plurimum saltem, parum conducebant. Quamobrem id maxime curavimus, ut quam plurimas possemus veterum interpretum lectiones studioso lectori offerremus.

Sicubi porro hujusmodi lectiones Latine tantum vel ab Hieronymo vel ab Hesychio afferuntur, ex Latinis Græca facere sine alicujus ms. auctoritate tentavere quidam : Græcaque hujusmodi fragmenta, quasi germanum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis et aliorum textum, in lucem emiserunt. Ex talique ausu plerumque accidit ut longe disparata pro veris substituantur, quod sæpissime experti sumus, cum reperta vera lectione, illius sine auctoritate codicis alicujus substitutæ $\nu\omega\theta\epsilon\iota\alpha$ conspicua fuit. Nec improbo tamen, quando exploratum est ex quibus Græcis verbis Latina manarint, si tunc ipsa Græca verba indicentur : exempli causa, si quis veterum diceret Aquilæ lectionem sic habere, *et in nomine ejus gentes sperabunt*, tunc sine periculo dici posset Græca sic habuisse, $\kappa\alpha\iota \acute{\epsilon}\nu \tau\acute{\omega} \delta\acute{\nu}\omicron\mu\alpha\tau\iota \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon \tau\acute{\alpha} \acute{\epsilon}\theta\eta\eta \acute{\epsilon}\lambda\pi\iota\omicron\upsilon\sigma\iota$. At illo etiam casu monendus esset lector Græca ex Latinis facta fuisse, quod etiam summa religione præstitimus : hujusmodique loca semper uncinis inclusimus, cum vel ex Latinis facta, vel aliunde dubia nobis esse videbantur.

Monendus est candidus lector, ut cum loca quædam in Pentateucho consulere voluerit, non eam modo, quæ in principio posita est, *Hexaplorum* collectionem, sed etiam Appendicem semper adeat : ibi namque plurima reperiet nondum observata nobis cum Pentateuchum ederemus, aliquando etiam plura quam in principio posueramus. Lectiones ibi multæ, ignoti antea interpretis, suo auctori restituantur ; aliæ secus positæ emendantur. Hanc autem Collectionis nostræ partem ideo in fine, Appendicis more, locavimus, quia ad bibliothecam Coislinianam, ex cujus codice perinsigni lectiones illas posteriores mutuati sumus, aditum impetrare nequivimus (a), donec in ejus possessionem veniret illustrissimus Dom. Henricus Carolus du Cambout de Coislin, dux et pater Franciæ, episcopus Metensis, Coislinianæ familiæ decus, qui pro innata beneficentia codices nobis ad nutum suppeditavit. Hæc porro bibliotheca manuscriptorum Græcorum copia paucis, præstantia vero et antiquitate nulli concedit. Horum catalogum peramplum pretiosisque anecdotis bene multis instructum sub ejus auspiciis paramus, propediem in lucem edendum.

Solita erga nos humanitate semper usus est illustrissimus abbas de Louvois, Bibliothecæ Regiæ præfectus, qui pro voto nobis regios codices obtulit, quorum usum singulæ ferme hujus operis paginæ testificantur. Officiis item suis nos certatim prosecuti sunt, V. Cl. Nicolaus Clemens, de cujus obitu admodum

(a) Lectiones codicis Coisliniani, quas in appendice conjecerat Montefalconius, ad capitulum unumquodque, cujus notæ, revocandas curavimus. EDIT. PATROL.

dolumus, et eruditissimus Joannes Boivinius, litterarum omnium, maximeque Græcarum, notitia celebris.

Bibliothecæ Colbertinæ thesauros nobis aperuit præstantissimus abbas de Seignelay, ejusque jussu codices nobis pro voto commodavit V. Cl. du Chesne, ejusdem bibliothecæ custos. Vetustissimum pulcherrimumque Prophetarum codicem, rogante Mæcenate nostro eminentissimo cardinali d'Estrées, a RR. PP. Jesuitis ad quatuor solum dies impetravimus: pluraque inde excerpturi eramus, si diuturniorem in eo operam ponere licuisset. Gratias item habemus maximas doctissimo nobisque amicissimo Michaeli Lequier ex ordine prædicatorum, qui Francisci Combefisii schedas nobis obtulit, unde non spernendas in Genesi et Exodo veterum lectiones excerpimus.

In Italia non pauca ex codicibus Vaticanis mutuati sumus, longe plura collecturi si liberiores nobis aditum fecisset is qui tum celeberrimæ illius Bibliothecæ custos erat. Multo ampliorem lectionum copiam suppeditavit bibliotheca RR. PP. S. Basilii Romæ, cujus codices pro voto ad manum semper habuimus beneficio reverendissimi P. Petri Mennitii, totius ordinis præfecti generalis, qui studiis nostris semper favit, et rogantibus nunquam deficit.

PRÆLIMINARIA IN HEXAPLA ORIGENIS

CAPUT PRIMUM.

De Tetraplorum atque Hexaplorum nominibus et forma.

I. Tetraplorum et Hexaplorum varia nomina. II. Cur Tetrapla et Hexapla Origenes adornaverit. III. An Hexapla prius quam Tetrapla. Certum videtur Tetrapla prius quam Hexapla adornata fuisse. IV. Quo tempore Hexapla concinnaverit. V. Qua ratione Tetrapla, Hexapla et Octapla digesserit, itemque Enneapla. VI. In quibus Scripturæ libris tres alias editiones Hexaplis addiderit. VII. De notis in marginibus Hexaplorum ab Origene positis. VIII. An Samaritani et Syri lectiones in marginibus Hexaplorum locaverit. IX. Utrum Origenis tempore Samaritani et Syri Græcæ versiones fuerint.

I. Tetraplorum et Hexaplorum varia nomina.

Quæ de Tetraplorum et Hexaplorum nominibus dicturi sumus, nondum, ut puto, observata fuere, quare vel ipsa novitate placitura esse sperandum est. Tetrapla et Hexapla, sic in plurali exprimuntur ab Origene, Eusebio, Epiphano et Hieronymo, *Τετραπλᾶ*, *Ἑξαπλᾶ*, videnturque ita primitus appellata fuisse. Verum alii posterioris ævi Græci scriptores frequentius *Τετραπλοῦν* et *Ἑξαπλοῦν* in singulari dicebant, *Tetraplum* videlicet et *Hexaplum*, ut passim animadvertas in notis hujus operis. Sic in nota ad ultimum caput libri II Regum, ἐν δὲ τῷ Ἑξαπλῷ, καὶ τοῖς ἀκριβετέροις τῶν ἀντιγράφων, in *Hexaplo* autem et in accuratioribus exemplaribus, etc. Et alibi frequenter, maxime in libris Regum. Indicant autem *Τετραπλᾶ* seu *Τετραπλοῦν*, quadruplicem, *Ἑξαπλᾶ* vero seu *Ἑξαπλοῦν*, sextuplicem Scripturæ textum, uno conspectu positum, ut pluribus infra representabitur. Hæc porro significantius a Græcis auctoribus non paucis vocantur etiam *Τετρασέλιδον*, sive quadruplex columna. Sic enim habetur in notis ad psalm. LXXXVI ex codice Coisliliano: Μήτηρ Σιών τὸ ρ κατὰ προσθήκην ἔκειτο εἰς τὴν τῶν Ο' ἐν τῷ Τετρασελίδῳ· ἐν δὲ τῷ Ὀκτασελίδῳ, μὴ τῇ Σιών ἦγουν δίχα τοῦ βῶ. Quo significatur, in *Tetraselido*, sive in *Tetraplo* LXX habuisse lectionem illam vitiatam, *Μήτηρ Σιών*, *Mater Sion*; in *Octaselido* autem sive in *Octaplo* ita lectum et

A emendatum fuisse μὴ τῇ Σιών, *nunquid Sioni*, expuncta littera ρ. Tetrapla igitur *Τετρασέλιδον*, Hexapla vero *Ἑξασέλιδον*, sextuplex columna dicebantur, ut videas in nota ad cap. v Michææ: quia Tetrapla Origenis, quatuor versiones Aquilæ, Symmachi, LXX Interpretum et Theodotionis per columnas e regione positas complectebantur; Hexapla vero textum Hebraicum litteris Hebraicis, et e regione proxime eundem ipsum Græcis litteris; postea quatuor Græcas interpretationes eodem quo supra ritu locatas, exhibebant. Σελίς autem significat paginam, *τετρασέλιδον* paginam quadruplicatam, seu quatuor columnarum, *Ἑξασέλιδον* vero paginam sextuplicatam, sive sex columnarum. Ut autem *τετραπλᾶ* *τετρασέλιδον*, et *Ἑξαπλᾶ* *Ἑξασέλιδον* vocabantur, sic et *ὀκταπλᾶ*, *ὀκτασέλιδον*, sive opus octo columnarum, ut videas in nota ad psalmum LXXXVI. Dicitur autem opus octo columnarum, quia præter sex memoratas editiones, duæ aliæ quibusdam in libris memorato columnarum situ representabantur.

Semel item in notis ad Hesaiam, cap. III, ῥ. 24, legitur *πεντασέλιδον*, hoc est quinque columnarum opus. Nota autem hæc prodit ex insigni ms. RR. PP. Jesuitarum, et sic habet: οἱ Γ. στίχοι οἱ ὑποκείμενοι οὐκ ἔκειντο ἐν τῷ πεντασελίδῳ, οὐδὲ Ἀριγένης ἐξηγούμενος τούτων ἐμνήσθη. Id est: *Tres subijuncti versiculi non erant in Pentaselido, sive in libro quin-*

que columnarum : neque eorum meminit Origenes in A expositione sua. Inde profectum fortasse nomen est, quod librarii quidam Hebraicam Hebraice scriptam columnam, non usitata sibi characterum forma dertitii, in nonnullis exemplaribus prætermiserint, satisque habuerint Hebraicum textum Græco caractere repræsentare : cujus rei exemplum habemus in codice Barberino, Osee x1, 4, ubi quinque columnarum fragmentum effertur prorsus omissa Hebraica scriptione. Si quis autem reluctetur, et dicat, non ideo πεντασέλιδον vocari, quod in quibusdam libris Hebraica scriptura prorsus omissa fuerit, sed quod in recensione columnarum Hebraicus textus, semel Hebraicis, posteaque semel Græcis litteris descriptus, pro una tantum columna sit habitus, huic non admodum repugnabo : nam licet B ex Hebraicarum litterarum omissione accidisse suspicer, ut id tuto affirmare possim, exempla nova desiderari non diffiteor.

Hexaplorum, ἑξαπλῶν, nomen ex natura sua adjectivum, substantive passim usurpatur a Græcis scriptoribus; aliquando etiam adjective. Sic Epiphanius, libro *De ponderibus*, Ἑξαπλᾶς (sic) τὰς βίβλους, *Sextuplices Libros*, ut Hexaplorum libros indicet : et in vetustissimo prophetarum codice penes RR. PP. Jesuitas legitur ἑξαπλοῦς Ἱερεμίας, sextuplex Jeremias, a sextuplici columna. Ex frequenti porro illa, quæ in plerisque antiquis exemplaribus occurrit, Hexaplorum mentione, factum videtur ut librarii, πρὸς ἀντιδιαστολήν Hexaplorum, C alios libros, qui unicam τῶν Ὁ editionem complecebantur, ἀπλᾶ sive simplicia vocarent, et ita distinguerent a sextuplicibus. Sic in codice quodam Coisliniano decimi sæculi ad librum III Regum vii, 16, legitur, ἐν τισὶ δὲ τῶν ἀπλῶν, in quibusdam *Hexaplorum*, sive simplicium exemplarium.

Certum exploratumque est in Psalmis, in Prophetis minoribus et forsitan alibi, præter duas columnas Hebraicas, quarum altera Hebraicis, altera Græcis litteris descripta erat; et sex columnas Græcas totidem interpretationum, nempe Aquilæ, Symmachi, LXX, Theodotionis, Quintæ et Sextæ, quæ simul octo columnas, sive Octapla constituebant; septimam etiam Græcam editionem fuisse, quæ nonam columnam occupare debuit, atque adeo D Enneapla, sive novem columnarum opus edficere. At mirum fortasse videatur Enneaplorum nomen nusquam apud veteres memoratum reperiri. An quia illam editionem Origenes non in serie columnarum, sed in imo margine locaverat, ideo nusquam Enneaplorum nomen, etiam cum illa aderat, usurpatum est? An veterum incuria, etiamsi columnam occupaverit suam, nusquam tamen Enneapla memorata deprehenduntur? Id sane divinandum relinquitur. Multa quoque alia sunt quæ ex solo Hexaplorum Octaplorumque conspectu, statim nota cuique et manifesta essent, quæque iis desitanti vix ac ne vix quidem conjecturæ assequi possumus.

II. Cur Tetrapla et Hexapla Origenes adornaverit.

Quo autem consilio Tetrapla et Hexapla concinnaverit Origenes, explicat Hieronymus præfatione in libros Paralipomenon, his verbis : *Et certe Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens; ut unus dissentiens statim, cæteris inter se consentientibus, arguatur; sed, quod majoris audaciæ est, in editione LXX Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quæ minus ante fuerant, et virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita.* Ut igitur prudens lector ex multarum interpretationum collatione posset quænam verior explicatio esset deprehendere, illas omnes editiones uno conspectu locavit Origenes, ut Hebraice imperiti possent plurium inter se consentientium auctoritatem amplecti. Sed quia hæc veri sensus assequendi via, incerta sæpe est, nec erroris periculo vacat : plerumque enim accidit ut, aliis a vero limite deflectentibus, unus germanam auctoris mentem exprimat; dicamus etiam Hebraice doctis hanc editionum collectionem perutilem fuisse : nam illi pro ea, qua pollebant, Hebraicarum litterarum peritia, poterant quisnam interpres propius ad fontem accederet intelligere. Aliam item hujus ab se suscepti operis causam subindicat Origenes *Commentario in Matthæum*. Quia nimirum ille editioni τῶν Ὁ Vulgatæ, sive κοινῆ, libroriorum ausu et ignorantia corruptæ, manum medicam admoveere cupiebat, ea quæ prætermissa fuerant, ex aliis editionibus cum asteriscis addidit : quæque redundabant, nec erant in Hebraico, apposis obelis, ut invecta notavit. Atque ut emendationibus suis faceret fidem, una cum Hebraico aliorum interpretationes e regione posuit, ut quisque videre posset se non sine auctoritate et manca rescavisse, et superflua præfixis obelis ut inducta notasse.

III. An Hexapla prius quam Tetrapla. Certum videtur Tetrapla prius quam Hexapla adornata fuisse.

Quæritur Hexaplane prius, an Tetrapla concinnaverit Origenes. Multi Tetrapla prævisse censuerunt : verum pugnat Henricus Valesius Origenem Hexapla edidisse ante quam Tetraplis manum admooveret, hoc nixus Eusebii testimonio *Hist. Eccl.* lib. vi, cap. 16 : Ταύτας δὲ ἀπάσας ἐπὶ ταυτὸν συναγαγὼν, διελὼν τε πρὸς κῶλον, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως, τὰ τῶν λεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλείπειν ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτιανὸς ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν Ὁ ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας. Quæ sic ille vertit : *Has igitur omnes interpretationes cum in unum corpus collegisset, et per certa cola ac membra distinxisset, una cum ipso Hebraico textu, Hexaplorum nobis exemplaria reliquit; postea vero editionem Aquilæ et Symmachi ac Theodotionis cum Septuaginta Interpretum versione seorsum in Tetraplis digessit.* Ideo autem sic vertendum esse credidit, quod vocem ἐπικατασκευάσας, quam ipse ex manuscriptis pro ἐπισκευάσας substituit, putaret significare, Tetrapla post edita fuisse. At

σί'ο ἐπισκευάσας, sive ἐπικατασκευάσας legatur, hunc esse arbitror hujusce loci sensum : *Hexaplorum nobis exemplaria reliquit : cum seorsim editionem Aquilæ, Symmachi et Theodotionis cum LXX Interpretibus in Tetraplis digessisset.*

Aoristus enim hoc situ positus rem postremo enuntiatam prius factam esse denotat, quam eam quæ præcedenti verbo indicatur. Hæc vero loquendi forma adeo obvia apud scriptores Græcos est, ut mirum sit virum doctum in re tam aperta lapsum esse. Sic apud Strabonem lib. XIII hæc verba : Ἄτταλος διεδέξατο τὴν ἀρχήν, καὶ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς οὗτος πρῶτος, νικήσας Γαλάτας νίκη μεγάλη, sic explicantur : *Attalus exceperit imperium, et primus rex proclamatus est, postquam magnam victoriam de Galatis reportaverat.* Nam licet hæc victoria postremo loco enuntiarī videatur, ex perspicuo tamen notaque usu hic intelligitur victoriam præcessisse et inaugurationem secutam esse. Hunc item Eusebii locum sic intelligas oportet, ac si series ita se haberet, ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν Ὁ ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας, τὰ τῶν λεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν : id est, *cum seorsim editionem Aquilæ, Symmachi et Theodotionis cum LXX Interpretibus in Tetraplis digessisset, Hexaplorum nobis exemplaria reliquit.* Nihilque officit huic interpretationi, vox composita ἐπικατασκευάσας : eadem quippe ratio æque valet in compositis quibusque atque in simplicibus, cum tali modo usurpantur.

Qua posita interpretatione Tetrapla haud dubie prius quam Hexapla ediderit Origenes. Et hæc erat eruditorum opinio antequam Valesius, memorato Eusebii loco sultus, novam aperiret. Ad hæc autem, Origenis nota in caput XLVII Genesis v. 6, quam ex codice Mopseliensis eruit Combefisius, totam solvere quæstionem videtur. Eam porro sic edidimus eodem loco : Ἐπειδὴ ἐν τοῖς Τετραπλοῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἀντίγραφον μετελήφθη, πρὸς τὴν εἰρμὴν τὸν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐκδόσεσι δεικνύται καὶ ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα ἐν τισὶ τόποις μετατεθεῖσα, ὡς τὰ πρῶτα ὕστερα καὶ τὰ ὕστερα πρῶτα γενέσθαι : ὅπερ καὶ ἐνταῦθα εὐρέθη παρούσα : τοῦτου χάριν παρεθήκαμεν ἀκολουθίαν· ἔστι δὲ αὕτη. Τῷ, Κατοικήσομεν οἱ παῖδες σου ἐν γῆ Γεσέμ, συνάπτεται τὸ, εἶπε δὲ Φαραὼ τῷ Ἰωσήφ, κατοικήτωσαν ἐν γῆ Γεσέμ. Εἰ δὲ ἐπίστη, ὅτι εἰσὶν ἐν αὐτοῖς. Hoc est : *Quandoquidem in Tetraplis, unde exemplar transumptum est, secundum seriem Hebraici aliarumque editionum ostenditur, Septuaginta Interpretum editionem aliquot in locis transpositam fuisse; ita ut quæ priora erant, posterius; quæ posteriora, prius locarentur : quod hoc etiam loco accidisse deprehenditur; ideo veram seriem hio apposuimus, quæ sic habet. His verbis, Habitabimus pueri tui in terra Gesem, subjungitur illud : Dixit autem Pharaos Joseph : Habitent in terra Gesem. Si autem noveris, quod sint in eis, etc. Quam notam ut recte intelligas, virgulam ponas oportet post vocem μετελήφθη, ita ut sequentia πρὸς*

τὸν εἰρμὴν, etc., referantur ad δεικνύται, et sensus sit, ostensum est secundum seriem vel ex serie Hebraici et aliarum editionum, textum τῶν Ὁ aliquot in locis transpositum, et præpostere locatum fuisse; videlicet in nota ad marginem Tetraplorum posita, quæ monebat eo loco seriem τῶν Ὁ turbatam et transpositam esse : quæ sequuntur enim, τοῦτου χάριν παρεθήκαμεν ἀκολουθίαν, ideo rectam seriem (hic) apposuimus, aperte indicant illam restitutionem post edita Tetrapla factam fuisse. His quæ jam dicimus fidem facit nota codicis RR. PP. Jesuitarum collegii Ludovici Magni, quam infra edemus. Ibi namque dicitur Origenem Tetrapla sua correxisse et scholiis illustrasse : quæ scholia ipsius Origenis manu descripta viderat is qui notam edidit. Illam porro cod. Mopseliensis notam ad Hexapla Origenis pertinere non ambigendum. Nam in Hexaplis ille suis loca Septuaginta Interpretum, quæ vel librorum lapsu, vel alio casu transposita fuerant, ordini suo restituit, ut infra probabitur.

Quod autem in Tetraplis editionem LXX non emendaverit Origenes, sed iis manuum medicum postea admoverit, nempe cum Hexapla et Octapla adornaret, multis ex locis comprobatur. Sic psalmo LXXXVI, in nota ad ἦ 5 superius num. 1 allata, dicitur locum illum vitiatum Μήτηρ Σιών, Mater Sion, qui respicit Hebraicum מִתְּיֵר, haberi in Tetraselido, sive in Tetraplo; secus autem in Octaselido, sive in Octaplo, ubi recte legebatur, μὴ τῇ Σιών, nunquid Sion, quia videlicet hunc locum in Tetraplis mendosum, in Octaplis postea emendavit Origenes. In libro autem Job frequentissima memorantur loca ex Tetraplis desumpta, quibus demonstratur LXX Interpretum editionem, quæ ab Origene in Tetraplis posita fuerat, non emendatam fuisse; sed et σφάλματα et præposteras lectiones, quæ in exemplaribus τῶν Ὁ exstabant, intacta ibi remansisse, ut quisque animadvertere possit in notis nostris. Exploratum itaque est textum LXX Interpretum in Tetraplis non emendatum fuisse, sed postea in Hexaplis id præstituisse Origenem. Quapropter ubi de emendanda LXX Interpretum lectione agitur apud veteres, Hexapla semper, Tetrapla nunquam citantur. Hinc autem liquidum est Tetrapla prius quam Octapla edita fuisse : nam si Hexapla cum editione scilicet illa τῶν Ὁ a mendis purgata, prius edidisset Origenes; ac credatur ipsam postea cum Tetrapla ederet, missa illa quam tanto labore emaculaverat Hexaplarum editione, aliam in emendatam et erratis plenam posuisse? Id certe cum recta ratione pugnet : et præterea locus Eusebii quem supra descripsimus, necnon sequens Origenis, id aperte narrant. Hæc autem pluribus prosecuti sumus, quia Henricus Valesius locum Eusebii perperam interpretatus, doctis aliquot viris fucum fecerat.

IV. Quo tempore Hexapla concinnaverit.

De tempore quo Hexapla adornavit Origenes, prorsus ἀσύστατα narrat Epiphianus, qui ait, Ori-

genem a tempore Decii ad usque Imperium Galli et Volusiani et ultra floruisse: ac in persecutione Decii multa passum, neque tamen martyrio consummatum, Cæsaream concessisse: inde Jerosolymam, postea Tyrum: ubi, pergit ille, octo et viginti annorum spatio moratus, Hexapla composuit. Hæc Epiphanius, qui nimirum quantum a vero aberraverit. Nam cum, Eusebio teste, Origenes imperantibus Gallo et Volusiano, qui anno Christi 254 cæsi sunt, obierit, vir potuit post Decii persecutionem anni 251 tribus annis vixisse. Jure igitur doctissimus illustrissimusque Huëtius, reiectis Epiphanius notis, aliunde calculum petere nititur: utque probabilior ea de re statuat sententiam, ad tempus Maximini opus Hexaplorum revocat: ac Cæsareæ inchoatum, Tyri autem perfectum fuisse opinatur. De tanto autem edendo opere jam tunc cogitasse Origenem putat, cum Alexandriæ versaretur: ibidemque nonnullas Scripturæ interpretationes collegisse contulisseque: quæ totius structuræ veluti rudimenta haberi poterant; deinde Cæsareæ in Cappadocia rei scrio manum admovisse; demumque Tyri absolvisse. Sic ille *Origenianorum* lib. 1, cap. 3, num. 2. Ejus verba referre non pigebit.

« Tetraplorum et Hexaplorum, quorum mentionem fecit Eusebius lib. vi *Histor.*, cap. 16, cui tempori adjungenda sit descriptio, statuere promptum non est. Factum id significare videtur Eusebius multo antequam Alexandria Origenes excessisset, tunc nimirum cum Ambrosium ad Christi fidem convertebat. Epiphanius autem Tyri lucubrata ea non semel asseveravit. Ego vero aliud rei huic tempus deputo, quando scilicet, Christianos vexante Maximino. Cæsaream Cappadociæ ad Firmilianum confugit Origenes. A Juliana enim liberaliter exceptus et domo et bibliotheca a Symmacho olim instructa, ad eam deinde hæreditatis jure transmissa, nactus illic est Scripturæ sacræ exemplaria, quibus usus fuerat Symmachus. Tum vero codices ipsum conflixisse inter se et conjunxisse probabile est: sed cum institutum opus per angustias temporis ibi absolvere non posset, supremam ipsi manum in otio Tyrio imposuisse. Non quod de iis cogitasse Origenem tum primum putem; sed Alexandriæ fortasse prius animo informata, Cæsareæ Cappadociæ inchoata, Athenis et Cæsareæ Stratonis affecta, ac Tyri demum arbitrò fuisse perfecta. Ita Eusebio conciliatur Epiphanius, quorum ille aliquam in concinnandis Hexaplis Alexandriæ operam ab Origene positam videtur significare; hic Tyri fuisse composita aperte docet; quod ita intelligendum est, non Tyri solum ea elaborasse Origenem, sed in iis etiam locis in quibus octo et viginti ante mortem annis versatus est, quos Tyri transactos perperam Epiphanius credidit. Firmat nostram conjecturam quod ait Eusebius lib. vi. *Hist.* cap. 17, Symmachi interpretationem in Julianæ Bibliotheca Origenem reperisse. Nondum itaque Hexapla vel Tetrapla concinnaverat, quorum pars magna fuit

A Symmachi interpretatio. Eusebio iudem astipulatur Epiphanius, scribens hæresi LXIV, cap. 3, Origenem lucubrationes suas in Scripturam, impulsu Ambrosii susceptas, ab Hexaplis fuisse auspiciatum: Τὸ πρῶτον, inquit, αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐφιλοτιμήσατο συναγαγεῖν τῶν ἐξ ἑρμηνειῶν. Atqui tunc temporis Alexandriæ versabatur. Retorquebit argumentum aliquis, et dicet, hoc tempore sex interpretationes in unum colligere non potuisse Origenem, qui etiam tum Symmachi interpretatione et editione Sexta careret. Respondeo Hexaplorum coagmentationem mente præformasse ipsum, cum esset Alexandriæ, non ipsa coagmentasse, cum nondum exemplaria haberet ad manum: sed jam inde ipsis investigandis operam dedisse. Itaque non dicit Epiphanius συνήγαγεν; sed, ἐφιλοτιμήσατο συναγαγεῖν. »

B Sic vir eruditissimus opinionem suam asserere nititur. His autem repugnat Tillemontius, qui tamen et ipse quasi hariolando rem ita pertractat, ut dubius lector ignoret ubi ligat pedem. Ejus verba sic Latina facimus.

« Post Valesium Huëtius existimat Hexapla Origenem edidisse antequam Tetrapla concinnaret. Si ita se res habeat, non potuit Origenes Hexaplis manum admovere antequam Alexandriam se reciperet, quod accidit anno 251, quandoquidem Sexta versio, quam in Hexaplis locavit, anno Alexandri Severi septimo, ut narrat Epiphanius, reperta est, id est anno Christi 228, vel tantillo antea tempore. Cum autem Septimam quoque editionem, quæ sub hæc reperta fuit, in Hexaplis posuerit, ac variis agitata negotiis, antequam Cæsaream peteret non sat otii nactus fuisse videatur; veri sane simile est eum in hac urbe Hexapla exorsum esse. Hæc vero temporis ratio cum Epiphanius narratione convenire videtur, qui ait ipsum Hexapla exorsum esse quando Tyrum se recepit; et viginti octo annis huic operi insudasse. Verum ut hæc consistere possent, annos octodecim pro viginti octo legendum esset, et pro Tyro Cæsaream substituendum foret: ubi videtur Origenes sedem posuisse ab anno 231 ad 250. Nam si vitæ seriem attendas, statim dicas Origenem non potuisse Tyri annos 28 commemorari: multoque minus hæc Tyriæ moræ post Decii persecutionem consiguari possunt, id licet fecerit Epiphanius: quandoquidem Origenes post eam persecutionem vix triennio vixit. Verum hoc posito rerum temporumque ordine, ingens hinc oritur difficultas, quod videatur Origenes jam Hexapla vel Tetrapla sua edidisse cum Julio Africano scripsit, quæ tamen epistola anno 228 data fuisse videtur. In illa quippe epistola Africano narrat se ingenti labore Hebraici et LXX Interpretum varias lectiones, facta utriusque collatione collegisse, eaque de causa varias omnes editiones examinavisse, ubi sane Tetrapla satis aperte indicare videtur. Quod si hæc Origenis verba de LXX cum obelis et asteriscis editione intelligi possent, quam in eadem epistola commemorat, hæc editio sane non nisi post Tetrapla concinnari po-

tuisse videtur. Nam id operis cum Tetraplis com-
mode, sine Tetraplis non nisi magno labore fieri
poterat.

« Certum est autem Origenem Nicomediæ hanc
ad Africanum epistolam scripsisse: cumque bis in
Græciam iter instituerit, alterutro itinere Nicome-
diam petiisse et epistolam dedisse videtur; ac potius
primo, quam secundo: etenim primum anno 228,
secundum duodecim post annos instituit. Africanus
vero ipsum filii nomine compellat, quod aptius ad
secundum referatur.

« Hæc ut consistere possint dicendum videtur,
Origenem Tetrapla concinnasse ante annum 228,
sub hæc autem post repertam Sextam editionem
Hexapla edidisse, ubi quintam et sextam locaverit:
licet non sat intelligi possit cur non quintam in
Tetraplis posuerit, si illa anno 217 inventa fuerit,
ut Epiphanius narrat; nisi forte dicatur Tetrapla
etiam ante hunc annum perfecta fuisse, cui senten-
tiæ favere videtur Eusebius Vir clarissi-
mus Huetius putat Origenem Hexapla exorsum esse
anno 235, nixus Eusebii testimonio, qui ait, Ori-
genem interpretationes Symmachi in Scripturam a
Juliana accepisse. Hinc infert eum, cum nondum
Symmachi versionem accepisset, non potuisse
Hexapla, quæ haud dubie Symmachi editionem
completebantur, adornare. At verisimile non vide-
tur, Origenem Symmachi versionem, 60 ante annos
elaboratam, tam sero nactum esse: potestque
commode Eusebii intelligi aut de ipso Symmachi
autographo, nam ex ipso Symmacho illud Juliana
acceperat, aut de commentario quodam Symmachi
in Scripturam, non de ejus versione. En ipsa Eu-
sebii verba: *Exstant certe etiam nunc Commentarii
Symmachi, in quibus Evangelio secundum Matthæum
innixus memoratam (Ebionitarum) hæresin astruere
videtur. Hos autem Origenes cum aliis Symmachi in
Scripturas interpretationibus a Juliana quadam ac-
cepisse se memorat.* Si ἐρμηνεῖται possint hic de
commentario intelligi, quod neminem puto nega-
turum, ut sic hoc loco intelligatur suadet vox
ἄλλων, aliis, ab Eusebio adhibita.

« Verisimile sane est Origenem ipso Caracallæ
tempore, Tetraplorum opus exorsum esse, quando-
quidem Eusebius, nulla motus alia occasione, hæc
quasi Caracalla imperante gesta narrat. Idque vide-
tur Huetius partim saltem admittere. »

Hactenus Tillemontius, qui postremo allatum Eu-
sebii locum longe melius vertisse videtur quam
Henricus Valesius. Græca sic habent: Καὶ ὑπομνή-
ματα Συμμάχου εἰσέτι νῦν φέρεται, ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς
τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέλιον τὴν δε-
δηλωμένην ἀρεσιν κρατύνειν. Ταῦτα δὲ ὁ Ὀριγένης
μετὰ καὶ ἄλλων εἰς τὰς Γραφὰς ἐρμηνειῶν τοῦ Συμ-
μάχου σημαίνει παρὰ Ἰουλιανῆς τινος εἰληφέναι,
ἣν καὶ φησι παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τὴς βίβλους δια-
δέξασθαι. Hæc porro sic transtulit Henricus Va-
lesius: *Exstant certe etiam nunc Commentarii Sym-
machi, in quibus adversus Evangelium Matthæi acri-*

*ter disputans, supra dictam hæresim astruere vide-
tur. Atque hos Symmachi Commentarios una cum
aliis sacræ Scripturæ interpretationibus ab eodem
elaboratis, testatur Origenes se a Juliana quadam
accepisse, ad quam ii libri successionis jure pervene-
rant; ubi illud, in quibus adversus Evangelium Mat-
thæi acriter disputans, supradictam hæresim astruere
videtur, ex diametro oppositam Eusebio sententiam
effert. Nam ea Græcorum verborum mens est, in
quibus Matthæi Evangelio nixus, vel ad litteram, in
quibus ad Matthæi Evangelium intendens, memora-
tam hæresim propugnat. Etenim certum est Ebio-
nitas pro sua tuenda hæresi Evangelio Matthæi usos
fuisse: et hunc Eusebii locum respicere videtur
Hieronymus, cum ait in Catalogo scriptorum eccle-
siasticorum, de Origene loquens: Aquilæ scilicet
Pontici proselyti, et Theodotionis Ebionæi, et Symma-
chi ejusdem dogmatis: qui in Evangelium quoque κατὰ
Ματθαῖον scripsit Commentarios, de quo et suum do-
γμα confirmare conatur. In hoc autem peccant,
ni fallor, Valesius et Tillemontius, quod vocem
δοκεῖ vertant videtur, cum sexcentis exemplis pro-
betur τὸ δοκεῖ, maxime apud scriptores ecclesiasti-
cos, non minuere affirmationem: qua de re vide
Onomasticum nostrum ad Athanasii Operæ, in voce
δοκεῖ: id autem recte in allato loco exprimit Hier-
onymus. Δοκεῖ igitur nihil officit, quominus dica-
tur Symmachum palam et ex professo Ebionitarum
hæresim defendisse, et hunc prorsus existimo esse
hujus loci sensum.*

His carptim observatis, jam ad notas temporis
veniamus. Eusebius nihil pene attulit unde calcu-
lum ducere liceat: Epiphanius vero, infidus tempo-
rum magister, omnia pene miscuit. Attamen nonni-
hil probabilitatis habere videtur quod ait Tillemon-
tius, nempe verisimile esse Origenem Hexaplis
edendis manum admovisse postquam Sextam edi-
tionem repererat; reperit autem, Epiphanio teste,
anno Alexandri Severi septimo, id est Christi 228.
Et quia abhinc ad annum 231, quo Cæsaream se
recepit, non sat otii et commodi habuisse videtur ut
tam arduam rem susciperet, opportune in annum
231, cum Cæsareæ ageret, Hexaplorum opus remit-
tatur. Quod autem objicit sibi Tillemontius ex epi-
stola Africani, ubi Origenem ille filium appellat, non
tanti esse momenti videtur; nam verisimile est ideo
filium nuncupasse, quia longe minor ætate erat:
quæ ratio tam in primo quam in secundo Origenis
itinere par haud dubie erat. Nec desunt exempla
quibus id confirmetur: Eusebius enim Vercellensis
Dionysium Mediolanensem episcopum, ætate jam
maturum dignitateque conspicuum, se tamen junio-
rem, filium compellere solebat. Ex iis porro quæ
diximus probe animadvertet prudens lector, non-
nisi levissimis conjecturis posse, quo tempore He-
xapla edita fuerint, indicari: quamobrem cum nullo
veterum testimonio possit hic vel certa vel admo-
dum probabilis chronologiæ ratio statui, ad certiora
statuenda properemus.

1. *Quæstione Tetrapla, Hexapla, Octapla digesserit, itemque Enneapla.*

De Tetraplorum et Hexaplorum ordine, deque interpretum situ, nulla jam potest oriri controversia. hæc quippe clare et sine ambage ab Epiphanio et Hieronymo describuntur: accedit item specimen codicis Barberini, ubi columnarum ordo accurate exhibetur. In Tetraplis igitur præibat Aquilæ editio, e regione proxime sequebatur Symmachi interpretatio, postea LXX Interpretum, postremo Theodotionis. In hoc autem situ non ratio temporis, quo singulæ interpretationes editæ fuerant, spectabatur: nam ut certum est editionem LXX omnium antiquissimam esse, ita exploratum videtur editionem Theodotionis Symmachi interpretationem ætate præcedere, quod infra, Deo favente, probabitur. Sed ideo Aquilæ primum locum deputavit, ejusque editionem priorem posuit Origenes, quia ille scrupulosius quam cæteri omnes Hebraicam scripturam verbum e verbo reidere studuerat. Post hunc autem Symmachum locavit, quia ille propius, quam LXX et Theodotio ad veritatem Hebraicam accedebat. Deinde LXX præposuit Theodotioni, quia Theodotio LXX Interpretes e vestigio pene sequi videbatur. Tetrapla vero sua Origenes manu propria emendavit, scholiisque illustravit. Iisdemque Tetraplis nova Eusebius scholia adjecit, in quibusdam saltem Scripturæ libris: idque in alio, ut videtur, quam in Origeniano exemplari, quod postremum Pamphili et Eusebii opera emendatum est, ut testificatur ipse Eusebius in nota quadam exemplaris RR. PP. Jesuitarum, quam edidimus *Palæographiæ Græcæ* p. 226. Hanc porro notam, necnon alteram quæ præcedit, utpote quæ ad confirmandam plurima ex supra dictis non parum momenti afferant, hic exscribere visum est. Ante Hesaiam ergo in codice supra memorato legitur:

Μετελήφθη ὁ Ἡσαίας ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἀββᾶ Ἀπολινάρου, τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα· Μετελήφθη ὁ Ἡσαίας ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις Ἐξαπλῶν. Ἀντεβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἕτερον Ἐξαπλῶν, ἔχον τὴν παρασημείωσιν αὐτῆν· Διωρθῶνται ἀκριδῶς πᾶσαι αἱ ἐκδόσεις· ἀντεβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλῶν Ἡσαίαν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς Ἐξαπλῶν. Πρὸς τούτοις, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως τοῦ ὁράματος Τύρου, ἀκριδέστερον διώρθωται. Εὐπορήσαντες τῶν μέγχα τέλους τοῦ ὁράματος Τύρου τόμων ἐξηγητικῶν εἰς τὸν Ἡσαίαν Ὀριγένους, καὶ ἀκριδῶς ἐπιστήσαντες τῇ ἐννοίᾳ καθ' ἣν ἐξηγήσατο ἐκάστην λέξιν, καθὼς οἷόν τε ἦν, καὶ πᾶν ἀμφίβολον κατὰ τὴν ἐκεῖνου ἐννοίαν διωρθώσαμεθα. Πρὸς τούτοις συνεκρίθη ἡ τῶν Ἐβδομήκοντα ἐκδοσις καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ Εὐσεβίου εἰς Ἡσαίαν εἰρημένα, καὶ ἐν οἷς διεφώνων, τῆς ἐξηγήσεως τὴν ἐννοίαν ζητήσαντες, πρὸς αὐτὴν ἐδιωρθώσαμεν.

Desumptus est Hesaias ab exemplari abbatis Apolinarii cænobiarchæ, in quo hæc subjiciuntur: Desumptus est Hesaias ab Hexaplis secundum editiones adornatis. Collatus autem fuit cum alio Hexaplo

A hanc notam habente: Accurate editiones omnes correctæ sunt: collatæ enim fuerunt cum Tetraplo Hesaiæ, et cum Hexaplo. Ad hæc, ab initio usque ad visionem Tyri, accuratius emendatus est. Nacti enim tomos exegeticos Origenis in Hesaiam usque ad finem visionis Tyri, et sedulo considerantes, quo sensu singulas dictiones acceperit, quantum facultas tulit omne dubium, et perplexum secundum illius sensum correximus. Præterea collata est etiam Septuaginta Interpretum editio cum iis quæ in Hesaiam scripsit Eusebius: atque in quibus erat varietas, indagato expositionis sensu, secundum ejus rationem emendavi.

Deinde vero ante Ezechielem hæc nota legitur.

Μετελήφθη δὲ ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἀββᾶ Ἀπολινάρου, τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα· Μετελήφθη ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις Ἐξαπλῶν, καὶ διωρθώθη ἀπὸ τῶν Ὀριγένους αὐτοῦ τετραπλῶν, ἅτινα καὶ αὐτοῦ χειρὶ διώρθωτο, καὶ ἐσχολογράφητο. Ὁ Εὐσέβιος ἐγὼ σχόλια παρέθηκα. Πάμφιλος καὶ Εὐσέβιος ἐδιωρθώσαντο.

Desumptus est (Ezechiel) ab exemplari abbatis Apolinarii cænobiarchæ, in quo hæc subjiciuntur: Exscriptus est ab Hexaplis editiones complectentibus, et correctus est ad fidem Tetraplorum Origenis, quæ etiam manu ejus emendata et scholiis illustrata erant. Ego Eusebius scholia adjeci. Pamphilus et Eusebius correxerunt.

Hæc tanta tantorum sumptuum opera nunquam potuisset Origenes, mediocris fortunæ vir, exsequi, nisi facultates subministrasset Ambrosius, vir ad summa natus, qui Origeni semper stimulos addebat, ut in publicum usum plurima perscriberet, cum lateque omnia suppeditabat, ita ut ipsi tachygraphi sive notarii septem, librarii totidem, puellæ item in calligraphia exercitatæ, semper ad manum essent.

Hexaplorum, ut supra diximus, ordinem ita accurate describunt Epiphanius et Hieronymus, ut nihil jam difficultatis ea de re supersit. Libet autem verba Hieronymi hic apponere ex *Comment. in Epist. ad Titum: Unde nobis curæ fuit omnes veteris legis libros, quos vir doctus Adamantius in Hexapla digesserat, de Cæsariensi bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare, in quibus ipsa Hebræa propriis sunt characteribus verba descripta; et Græcis litteris tramite expressa vicino. Aquila etiam et Symmachus, Septuaginta et Theodotio suum ordinem tenent. Nonnulli vero libri, et maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent: quam Quintam, et Sextam, et Septimum translationem vocant, auctoritatem sine nominibus interpretum consecutas. Planum igitur est Hexapla sic disposita fuisse, ut primam columnam occuparet Hebraicus textus, Hebraicis litteris descriptus; secundam idem Hebraicus Græcicis litteris exaratus; tertiam Aquila, quartam Symmachus, quintam LXX Interpretes, sextam Theodotio. Cujus rei luculentum suppeditat exemplum codex Barberinus, ubi ὃ 1 capituli II Osee prophetæ, illo*

ordine et situ descriptus est. Non defuere tamen qui alium columnarum situm esse putaverint; sed quia ii a doctis viris jamdiu confutati sunt, nec ullus tam apertis ea de re veterum testimoniis hodie refragatur, non est quod iis comprobandis diutius immoremur.

Hexapla itaque vocabantur ea quæ sex memoratas columnas continebant : sed quia in quibusdam Scripturæ libris, duæ aliæ editiones, nempe Quinta et Sexta, cæteris adjunctæ erant, octo columnæ iisdem in libris e regione positæ Ὀκταπλᾶ, Octapla appellabantur. Nam cave putes Octapla fuisse ab Origene seorsim adornata; ita ut tria opera distincta Tetraplorum, Hexaplorum et Octaplorum composuerit. Siquidem in loco Hieronymi jamjam alato, discrete narratur, tres alias editiones, nempe

Quintam, Sextam et Septimam, ipsis Hexaplis superadditas fuisse. Cum enim illæ duæ superadditæ editiones in aliquibus tantum Scripturæ libris reperirentur, non potuit Origenes Octapla illa Scripturarum integra concinnare. Præterea nemo unquam dixit Origenem plus quam duo opera edidisse, nempe Tetrapla et Hexapla, quibus postremis duas editiones in nonnullis duntaxat libris addidit : ibique eadem ipsa quæ Hexapla vocabantur, ob duas inventas columnas Octapla dicta fuere. Cum autem Septimam quoque editionem in aliquot libris adjunxerit, ibi Enneapla vocari poterant, licet hac voce nullus veterum, cum de Origeniano illo opere ageretur, sit usus. Ad faciliorem autem intelligentiam, hic Tetraplorum, Hexaplorum, Octaplorum, Enneaplorum specimina damus.

TETRAPLA.

Gen. i, 1.

AKYΛAΣ.	ΣYMMAXOΣ.	ΟΙ Ο'.	ΘEOΔOΤIΩN.
Ἐν κεφαλῶν ἐκτισεν ὁ Θεὸς σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν	Ἐν ἀρχῇ ἐκτισεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.	Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.	Ἐν ἀρχῇ ἐκτισεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

HEXAPLA.

Osee, xi, 1.

Τὸ EBPAIKON.	EBP. EΛΛHNIKOIS ΓP.	AKYΛAΣ.	ΣYMMAXOΣ.	ΟΙ Ο'.	ΘEOΔOΤIΩN.
כִּי נָעַר יִשְׂרָאֵל וַתִּבְרָחַהּ מִבְּרֵחַי וַתֵּלֶךְ בְּרֵגְלֶיהָ כִּי נָעַר יִשְׂרָאֵל וַתִּבְרָחַהּ מִבְּרֵחַי וַתֵּלֶךְ בְּרֵגְלֶיהָ	χι νερ Ισραηλ ουεαθηου ουμεμ μισραιμ λεβανι.	ὅτι παῖς Ισραηλ καὶ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἀπὸ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱὸν μου.	ὅτι παῖς Ισραηλ καὶ ἠγαπημένος ἐξ Αἰγύπτου κέκληται υἱός μου.	ὅτι νήπιος Ισραηλ, καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου κέκληται υἱός μου.	ὅτι νήπιος Ισραηλ, καὶ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐκάλεσα υἱόν μου ἐξ Αἰγύπτου.

OCTAPLA.

Psal. ii, 6.

Τὸ EBPAIKON.	Τὸ EBP. EΛΛ. ΓP.	AKYΛAΣ.	ΣYMMAXOΣ.	ΟΙ Ο'.	ΘEOΔ.	Ε'.	Γ'.
וַיִּשְׁפָּט יְהוָה בְּחַזְקַת יְמֵי	ουανι νασαχ-θι μαλι.	καὶ ἐγὼ διεσωσάμην βασιλέα μου.	καὶ ἐγὼ ἐχρίσα τὸν βασιλέα μου.	ἐγὼ δὲ κατέσθην βασιλεύς ὑπ' αὐτοῦ.	ἐγὼ δὲ κατέσθην βασιλεύς ὑπ' αὐτοῦ.	καὶ ἐγὼ διεσωσάμην βασιλέα μου.	καὶ ἐγὼ ἐσωσα τὸν βασιλέα μου.

ENNEAPLA.

Habac. ii, 4.

Τὸ EBP.	Τὸ EBP. EΛΛ. ΓP.	AKYΛAΣ.	ΣYMMAXOΣ.	ΟΙ Ο'.	ΘEOΔ.	Ε'.	Γ'.	Z'.
וְצִדִּיק בְּאֵמוּנָה יִחְיֶה	ουσαδικ θη-μουναθω ιειε.	καὶ δίκαιος ἐν πίστει αὐτοῦ ζῆται.	ὁ δὲ δίκαιος τῆ ἐαυτοῦ πίστει ζῆσει.	ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πιστεώς μου ζῆσει.	ὁ δὲ δίκαιος τῆ ἐαυτοῦ πίστει ζῆσει.	ὁ δὲ δίκαιος ἐν πίστει αὐτοῦ ζῆσει.	ὁ δὲ δίκαιος τῆ ἐαυτοῦ πίστει ζῆσει.	ὁ δὲ δίκαιος τῆ ἐαυτοῦ πίστει ζῆσει.

Illa omnia elaboravit Origenes eo quo supra diximus modo. Si qua autem exemplaria fuerint, ubi omissa Hebraica columna, Hebraico caractere descripta, quinque solum columnæ superfuerint, quod suadere videntur ii qui πεντασέλιδον, sive opus quinque columnarum memorant; illa haud dubie exemplaria, non ab Origene, sed ab aliis subsequenti tempore descripta fuere, ut diximus num. 1.

VI. In quibusdam Scripturæ libris, tres alias editiones Hexaplis addiderit.

Exploratum est editiones Quintam, Sextam et

Septimam, non in omnibus Scripturæ libris, sed in aliquibus tantum columnas occupasse suas. In quibusnam autem, nec veterum nec recentiorum ullus unquam dixit. Nam hoc solum ait Hieronymus: *Nonnulli vero libri, et maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent.* Quamobrem operæ pretium erit hic libros recensere in quibus Quinta, Sexta ac Septima editio comparebant; ac disquirere utrum Sexta Quintam, Septima utramque semper sequeretur. Certum est tres illas superadditas editiones

e regione aliarum positas fuisse in libro Psalmorum, et in duodecim Prophetis minoribus. In Psalmis quidem tres illas editiones per totum librum adjectas fuisse suadent frequentia singularum fragmenta quæ passim observantur: in duodecim vero Prophetis minoribus, teste Hieronymo, præter Aquilam, Symmachum, LXX, Theodotionem et Quintam, duæ aliæ editiones appositæ erant, videlicet Sexta et Septima, quarum fragmenta exhibemus; Quintæ nempe frequentissima, aliarum vero rariora. Canticum autem Habacuc secundum unam ex his postremis editionibus integrum præsentamus, quod cum nec Quintæ, nec Sextæ esse possit, sequitur ex Septima desumptum esse.

In Canticis canticorum, Quintæ solum et Sextæ lectiones afferuntur; Septimæ ne vestigium quidem habetur, unde fortasse suspicio oriatur hic Septimam non adfuisse cum aliis, quod tamen non nisi temere affirmari potest: potuit enim, etsi adfuerit, a collectoribus negligi.

In Pentateucho autem Quintam et Sextam editionem locum occupasse suum testificantur exempla non pauca: sic Genesis cap. xxxiv, §. 15, ex codice Regio affertur Quintæ editionis lectio, ubi vocem פָּנֵי hic interpres vertit εὐνοήσομεν; et cap. xxxv, v. 19, in hunc locum אֶת־בֵּית־דָּוִד־עַם־אֱמֹרִית Ambrosius in epist. ad Horontianum ait: *Quinta autem traditio*, Ephrata, ipse est domus panis: *hoc præteritum est in aliorum traditionibus*, ubi traditiones ille pro editionibus usurpat. Et Levit. i, 16: A. Σ., τὴν στείζουσαν. Θ. E., τὴν ὀστὴν ἣν ἡμεῖς καλοῦμεν φύσαν. Item Levit. cap. ii, v. 3, in Append. Σ. E., ἀπὸ τῶν καρπωμάτων Κυρίου. Et Levit. xi, 17. A. O. Θ. E., νοκτικόμεξ. ζ. γλαύξ. E. *Quintam*, ζ. *Sextam* indicat, et utriusque interpretatio affertur. Ibidemque v. 31. O. Θ. E., αὐτῶν τεθνηκότων. Hiscæ tam apertis testimoniis refragari nemo posse videtur. At mirum est Quintam et Sextam editionem a nemine veterum Græcorum, qui in Pentateuchum tot Commentaria ediderunt, memoratam uspiam fuisse. De Septima in Pentateucho nihil hodie: utrum vero olim adfuerit, ignoratur. Præter hosce libros, ubi trium posteriorum editionum vestigia reperimus, in aliis etiam exstitisse subindicat Hieronymus *Comm. in Epist. ad Titum*: *Nonnulli vero libri, inquit, et maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent, quam Quintam, et Sextam, et Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus interpretum consecutas*. Ex libris tamen versu conscriptis soli Psalmi trium posteriorum interpretationum reliquias præferunt. In Job autem et Proverbiis, etsi ampla aliarum editionum seges offeratur, nihil hodie de tribus illis postremis interpretibus superest.

Si stemus Hieronymi verbis, in iis libris, ubi hæc postremæ editiones adhibebantur, tres semper aderant, nec Quinta sine Sexta, nec utraque sine Septima locum uspiam habebat. Verum hæc Hierony-

mus admodum perfunctorie narravit; nec videtur ejus testimonium ad ea quæ supradicta sunt penitus quadrare posse; siquidem ait ille, in nonnullis libris et maxime iis qui versu compositi sunt, tres alias, editiones nempe Quintam, Sextam et Septimam, additas fuisse; ita ut ex ejus verbis inferri posse videatur, maximam Hexaplorum partem ubi tres illæ editiones additæ fuerant esse libros metricos; nempe Job, Psalmos et Proverbia; et tamen apertissimis exemplis superius probatum est, illas editiones adfuisse in Pentateucho, in Prophetis minoribus, et in Canticis; ex libris vero metricis Psalmos tantum trium illarum editionum reliquias, et quidem frequentissimas præferre; Job autem et Proverbia, quorum maxima lectionum Hexaplarium silva superest, ne vestigium quidem trium illarum editionum habere. His conspectis nemo negaverit admodum difficile esse superius allata exempla cum verbis Hieronymi conciliare.

Cum autem omnino certum sit Origenem non in omnibus Scripturæ libris tres illas interpretationes adjecisse, quæri potest num tres illi interpretes totam Scripturam sint interpretati, an eas solum partes quæ ab Origene in Octaplis adhibitæ sunt. Sane cum, illi saltem duo priores, Pentateuchum, Psalmos, et ex Hieronymo Job et Proverbia; cum item Cantica et minores Prophetas transtulerint, non video quid causæ fuerit, cur medios libros omiserint, quodque magis urgeat, cum tres illi interpretes ut plurimum in iisdem Scripturæ libris reperiantur, licet haud dubie variis in locis scripserint, cur eosdem libros ex Hebraico converterint, eosdem omiserint: hoc certe neque casu neque consilio accidere potuisse videtur. Si respondeas, cur ergo Origenes in quibusdam libris, non in omnibus, illas editiones apposerit, repouam ego, cur in Threnis sive Lamentationibus Jeremiæ, solum Symmachum cum editione τῶν O' locavit, cum tamen Aquila et Theodotio hujus libri, perinde atque aliorum, interpretationem adornaverint, ut ibidem in *Monito* probamus. Hinc sane liquet ex hac Origenis omissione concludi non posse, illas editiones non integras, sed aliquos tantum Hebraicæ Scripturæ libros complexas fuisse. Cæterum rem non penitus exploratam lectoris judicio permittimus.

VII. De notis in marginibus Hexaplorum ab Origene positis.

In Hexaplis amplos fuisse margines notis Origenianis onustos, compertum nobis est: horum vero partem non minimam occupabant nominum propriorum Hebraicorum explicationes Græcæ. Id autem indicat Origenes in nota quadam ad cap. xxxvi Genesis, §. 36, ubi sic habet: Τοῖς μὲν περὶ Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον Φουτιφάρ εἰρηται ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Φουρτιφάρ. Καὶ ἡ μὲν τοῦ παρόντος ὀνόματος ἐρμηνεῖα παράκειται τῇ λέξει· ἡ δὲ ἐκθεσις τοῦ ἑτέρου ἐν τοῖς ἐξῆς φανέεται: id est: *Aquila et Symmachus Phutiiphar dixerunt hoc loco, in alio autem Phurtiphare: præsentis vero nominis interpre-*

tatio voci adjacet (id est in margine), *alterius autem explicatio in sequentibus declarabitur*. Hinc est quod in vetustissimis manuscriptis, unde præcipuam Hexaplorum partem excerpimus, illæ propriorum nominum Hebraicorum interpretationes in marginibus occurrant; ut exempli causa, in vetustissimo illo codice Coisliniano, qui unciali quadrato caractere scriptus est, ac sexti vel septimi sæculi esse putatur, ad singula fere nomina propria ejusmodi notulæ, vim et etymologiam nominis indicantes, reperimus; verbi gratia, ἐδέμ· in marg., αἴμασις ἢ τρυφή, *septum aut voluptas*; Φισῶν, στόμα κόρης, *os puellæ*; Εὐιλὰτ, ὠδίνησεν, *parturivit*; Γηῶν, στήθος, *pectus*; Αἰθιοπία, σκότωσις, *obtenebratio*; Τίγρις, ἀρπαγή ἢ ταπεινώσις, *rapina aut humiliatio*; Εὐφράτης, ἠῦξτεμένος, *auctus*; Ἀδάμ, γηγενής, ἢ ἄνθρωπος, ἢ χούς, *terrigena, aut homo, aut pulvis*. Et similes bene multæ: quarum eas solum quæ melioris notæ visæ sunt in decursu operis adnotavimus; alias autem nullo dispendio negligi posse duximus; tum quia magna pars earum in libro *Nominum Hebraicorum* cusa est; tum etiam quia hujusmodi etymologiæ plerumque leves, detoriæ nulliusque pretii sunt. Aliarum vero adnotationum, quas initio editionum singularum Origenem posuisse subindicat Eusebius, admodum deploranda jactura est. Nam ibi editionis cujusque historiam texebat et quo loco reperta fuisset indicabat. Illud vero damnum licet Epiphanius in libro *De ponderibus et mensuris* utcumque sarciverit, at multa miscuit ille notasque temporum labefactavit, ut pluribus infra dicitur.

VIII. An Samaritani et Syri lectiones in marginibus Hexaplorum locaverit.

Samaritani et Syri lectiones in marginibus vetustissimorum exemplarium, quæ Hexaplorum fragmenta exhibent, sæpè observantur; Syri quidem in plerisque Scripturæ libris; Samaritani vero in Pentateucho tantum: ubi non infrequenter interpretationes Samaritani animadvertas, interdum solas, sæpius cum aliorum interpretum lectionibus collatas. Cum autem illæ Samaritani lectiones, non in vetustis codicibus tantum, sed etiam apud Patres quarti, quinti et sequentium sæculorum occurrant, probabile sane videtur ipsum Origenem lectiones illas Samaritani in margine Hexaplorum posuisse. Idem porro dicendum videtur de Syro, cujus interpretationes passim reperiuntur in Genesi, et Exodo, in Psalmis item, in Jeremia, in Threnis; apud Ezechielem etiam, Danielem et Osee. Syri porro lectiones afferuntur ab Eusebio Cæsariensi, a Diodoro Tarsensi frequentius; ab Eusebio Emiseno, Hieronymo, Theodoro et aliis. Quodque notandum est, iidem maximeque Diodorus, Syrum cum Hebræo sæpè conjungunt hoc pacto, Ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος, vel, Ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος, quando scilicet amborum interpretationes conveniunt, quod sæpè contingit. Hæc porro lectiones, perinde atque Samaritani ab Origene, diligentissimo versionum collectore, potuerunt etiam in Hexaplorum margi-

nibus collocari: quanquam id minime constet. Hæc quippe solum divinando dicimus: donec enim aliqua vel tantilla pars Hexaplorum, ut initio scriptæ fuerunt, e tenebris emergerit, ut jam diximus, plenam perfectamque illorum notitiam expiscari non valebimus.

IX. Utrum Origenis tempore Samaritani et Syri Græcæ versiones fuerint.

Quæritur num Origenes, vel si qui alii in Commentariis in Scripturam Samaritani et Syri lectiones Græcæ adhibuerunt, eas ex Samaritana et Syra versione, ubi opus fuit Græcæ expresserint; an ex aliqua Samaritani et Syri Græca translatione, prius adornata, mutuati sint. Græcam Samaritanorum versionem fuisse innuit Epiphanius, cum ait Symmachum, ut Samaritanorum interpretationes everteret, tertiam edidisse translationem. Nam id si de Samaritana interpretatione, Samaritano vulgari idiomate facta, intelligi quispiam contendat, cur Symmachus, inter Samaritanos doctissimus, ut tribulium suorum Samaritanam translationem everteret et confutaret, Græcam interpretationem ediderit? Certe omnino consentaneum videtur eum Græcam versionem edidisse, ut eam alteri Græcæ, quæ erat Samaritanorum, opponeret. Hæc sane objectio admodum urgebit, si tamen vera sint quæ de Symmachi cum Samaritanis dissidio narrat Epiphanius: nam ejus testimonio non multum fidimus. At non desunt alia argumenta, quibus id commonstretur; nam ex ipsis Samaritanæ editionis fragmentis arguitur, ea ex aliqua translatione Græca desumpta fuisse: nimirum Exodi xxviii, 4, et Levit. viii, 9, vox Hebraica מִטְרָא, *mitra*, sic in Samaritana versione exprimitur, πῆλιον, *pileum*. Vox autem πῆλιος aut πῆλιος, nam idipsum est, pro *pileus*, jam a Plutarcho usurpata deprehenditur: unde colligimus Græcam Samaritanorum versionem illam usurpasse pro *mitra* vel *ciduri* exprimenda. Neque enim cogitaverit quispiam vocem hujusmodi Latino-Græcam in versione aliqua Samaritano-Vulgari idiomate concinnata locum habuisse, cum hodierna Samaritanorum versio perantiqua, ut existimatur, longe aliud exhibeat. Et Exod. cap. vi, §. 2, vocem מִטְרָא ait Theodoretus in Samaritano exprimi *ιαβέ*, quia videlicet sic illam expresserat qui Græcam Samaritanorum versionem adornavit. Neque enim hæc varia lectio, vel ex Samaritano Scripturæ textu, vel ex Samaritana Samaritice descripta versione decerpi poterat, ubi legitur hodieque מִטְרָא sine discrimine. Si quis alias in Pentateucho a nobis allatas Samaritani interpretis lectiones accurate perpendat, ex Græca, ni fallor, interpretatione desumptas esse deprehendet.

Nec officit huic nostræ opinioni nota quædam Num. cap. xiii, §. 1, quæ, ut arbitror, Origenis est, ubi cum quædam præferret Samaritanus Bibliorum textus ex Deuteronomio desumpta, eadem ipsa se Græce transtulisse testificatur Origenes, et quidem modo ad editionem LXX accommodato. & καὶ αὐτὰ

ἐκ τῶν τῶν Σαμαρειτῶν Ἑβραίου μεταβάλομεν κατὰ ἀλλήλους τῇ τῶν Ο΄ ἐρμηνείᾳ τῇ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ φερομένη. Non enim hic agitur de Samaritana aliqua translatione, sed de ipso textu Bibliorum Samaritano libri Numerorum, ubi etiam hodie multa ex Deuteronomio decerpta reperiuntur: quæ ut repræsentaret Origenes, eorum interpretationem ex versione τῶν Ο΄, ut in Deuteronomio erat, mutuatus est.

De Syro, cujus frequentes lectiones in multis, ut supra diximus, Scripturæ libris occurrunt, major est difficultas. Licet enim multa suadere possint, fuisse olim Græcam translationem ex versione Syriaca concinnatam, eam nempe quæ ὁ Σύρος vocatur a veteribus; alia tamen sunt quæ ab hac amplectenda sententia deterreant. Sane de versione quadam Græca agi videtur Ezech. viii, 16, ubi vocem עִלָּא Syrus κίγκλιδα, id est cancellum, vertit: ibi vetus scholiastes, Ὁ Σύρος τὴν κίγκλιδα καλεῖ, ἥτις λέγεται παρὰ τοῖς πολλοῖς κάγκλλον· id est, Syrus ciuclidem vocat, quæ apud multos dicitur cancellum. Ubi vox κίγκλιδα non nisi ex versione Græca sumi potuisse videtur. Et Genesis xxix, 2, illud שֵׁן אֵילָי ait Diodorus Syrum vertisse ἀνήρ κατευοδούμενος, Symmachum autem εὐδοούμενος, Aquilam κατευθυόμενος, LXX ἐπιτυγάνων· quæ translationes unicam efferunt sensum, nempe prosperans. Hinc autem quid colligas aliud, nisi lectionem Syri ex versione Græca desumptam fuisse. Nam si Diodorus, vel is qui primus Syri lectiones collegit, ex Syriaco fonte ipsas petiisset, Græceque vertisset, nunquam sane lectionem Græcam, aliis omnibus interpretationibus synonymam posuisset, ut commentitium discrimen exhiberet. Vox quippe Syriaca, quæ verti poterat κατευοδούμενος, æque poterat εὐδοούμενος, et κατευθυόμενος, et ἐπιτυγάνων explicari: neque enim tenuissimum illud discrimen, quod inter has Græcas voces intercedit, in Syriaco animadverti poterat. Hæc et similia, quæ quisvis observare possit, Græcam aliquam fuisse Syrorum versionem indicare videntur. Verum non desunt exempla alia quæ huic opinioni adversari videntur, ut est illud ex Didymo Gen. viii, 7, Ὁ Σύρος οὐχ ὁμοίως τῇ Ἑλληνικῇ· λέγει γὰρ, ὑπέστρεψε, καὶ ὁ Ἑβραῖος· id est, Syrus non similem Græcæ lectionem habet, dicit enim, reversus est, ut et Hebræus. Cur dicat Syrum non similem Græcæ lectionem habere, si ipse Syrus Græcæ loquebatur in versione ex qua hodiernæ hujusmodi lectiones collectæ sunt: sane cum Didymus Græcum Syro opponat, lectio quam affert ex ipsa Syriaca versione desumpta et Græcæ versa fuisse videtur. Verum huic argumento reponi potest, hic Syrum dici, non quod hæc versio Syra, sed quod ab interprete Syro, Græcæ pro Syris, facta esset; parique modo Ἑλληνικὴν dici editionem, quæ ab interprete Græco facta fuerat. Aliud autem occurrit, quod fortasse magis urgeat: Eusebius Cæsariensis nonnunquam, et Diodorus Tarsensis frequentissime Hebræi et Syri lectiones quasi unam afferunt, hac præmissa nota: Ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος.

A Hinc porro sic arguatur: si vox illa ὁ Σύρος versionem Græcam ex Syro factam indicet, pari ratione vox illa ὁ Ἑβραῖος versionem aliquam ex Hebraico Græcæ factam significabit: at verisimile non est hujusmodi versionem ab aliis omnibus Scripturæ interpretationibus diversam exstitisse. Aliunde tamen loca afferri possunt, sive Syri tantum esse dicantur, sive Hebræi atque Syri, quæ ex versione aliqua Græca deprompta videntur. Sic Jeremiæ xxxi, versu 2, ubi in Hebræo legitur מֵי, et LXX interpretati sunt θερμὸν, calidum, Aquila vero, Symmachus et Theodotio χάριν vertunt, Theodoretus hæc habet, τὸ θερμὸν, ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος οἰκτιρμὸν, θεθείκασιν· id est, calidum, Syrus atque Hebræus, miserationem, posuerunt. Et Ezech. xxvii, 24, ubi in Hebræo legitur מִתְּבַנֵּי מִתְּבַנֵּי, Aquila vertit, ἐγκατασκευoὺς εἰλημμοσιν, constructis involucris; Symmachus, pretiosis involucris; Theodotio, ἐν μακαλίμ καὶ γαλίμα, in machalim et galima. Theodoretus vero Syri lectionem affert his verbis, ἐν ἀποκρύφοις σκευεσί· οὕτω γὰρ καὶ ὁ Σύρος νοήσας ἠρμήνευσεν· id est, In occultis vasis: ita enim intelligens Syrus transtulit. Et Ezech. cap. xxxviii, §. 2, ubi legitur מִשֵׁן מִשֵׁן, notat Theodoretus, Τὸ δὲ ῥὼς κεφαλὴν ὁ Σύρος ἠρμήνευσεν, καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ κεφαλὴν Μοσὸχ τὸ ῥὼς Μοσὸχ ἠρμήνευσεν· id est, Syrus Ros caput interpretatur; et Aquila etiam Ros Mosoch, caput Mosoch, interpretatur. Ibi vero S., LXX, Th., ῥὼς Μοσὸχ interpretati sunt.

C Hæc sane loca, et alia longe plura quæ proferre possemus, versionem aliquam Græcam ex Syro factam indicare videntur: neque enim facile crediderim scriptores illos commentatoresque veteres qui Syri loca afferunt, vel Origenem, qui fortasse has Syri interpretationes in marginibus Hexaplorum posuerit, Syriacam ipsam versionem præ manibus semper habuisse, et loca quæ ab aliis interpretibus discrepabant transtulisse. Quod tamen non ita exploratum esse arbitror, ut tuto affirmare possim.

Quod attinet ad lectiones illas quæ frequentissime, hac præfixa nota, Ὁ Ἑβραῖος, occurrunt, certum quidem est illas non esse Aquilæ, contra quam nonnulli arbitrati sunt, ut statim deprehendet is qui hanc Hexaplorum collectionem percurret. Nam plerumque contingit ut post allatam τοῦ Ἑβραίου interpretationem, mox sequatur lectio Aquilæ, ab ea longe diversa. Alioquin ille, quisquis tandem fuerit, Hebræus, non tam scrupulose verba vocesque singulas sectatur quam Aquila. Hebræi porro nomine intelligi fortasse possunt Hebræi illi doctores, quibus in Scripturis explicandis utebantur veteres, maximeque Origenes, de quo ait Hieronymus Apologia ad Rufinum: Nec dedignatur, Scripturam interpretans, per singula loca quid Hebræis videatur inserere. Hebræis item doctoribus usi sunt Eusebius, Hieronymus aliique. Origenes vero, qui Judæos frequenter adibat, ut de Scripturæ littera edoceret, inde frequentes τοῦ Ἑβραίου interpretationes in marginibus Hexaplorum forte posuerit.

Neque tamen omnes, quæ ad nos usque deven-
runt, τοῦ Ἑβραίου lectiones ex Origene manasse
videntur : nam verisimile est Eusebium, Diodorum,
Hieronymum et alios a doctoribus suis Hebræis
alias accepisse, quæ fortasse in hac collectione cum
Origenianis permixtæ sunt. Hæc quoque non sine

A scrupulo dico. Quibusdam enim in locis, maxime in
libro Job, tam frequentes adsunt Hebræi interpre-
tis lectiones, ut facile credi possit eas ab aliqua
versione Græca desumptas esse. Itaque donec cla-
rius quodpiam veterum testimonium e tenebris
emerserit, de his nonnisi hariolando loqui possumus.

CAPUT SECUNDUM.

De textu Hebraico.

I. Textus Hebraicus, in Hexaplis descriptus, idem erat qui hodiernus, non autem priscus ille Samaritanus. II. Specimina quædam litterarum Hebraicarum veterum. III. Ex quarundam litterarum inter se similitudine quanta lectionum et interpretationum varietas orta sit. IV. De prisco scripturam Hebraicam legendi more. V. De veteri litterarum pronuntiatione. VI. De vocalibus Hebræorum.

I. *Textus Hebraicus, in Hexaplis descriptus, idem erat qui hodiernus, non autem priscus ille Samaritanus.*

Eusebius, *Hist. eccl.*, lib. vi, ait Origenem ad Hexapla concinnanda πρωτοτύπους, sive primigenias et authenticas Hebræorum scripturas sibi comparasse, τὰς τε παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐμφορομένας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφάς, κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι. Ubi optime notat Valesius, Eusebium sacræ Scripturæ codices Hebraicos ideo πρωτοτύπους sive primigenios vocare, non quod vera essent primigenium exemplar et autographum ab Esdra conscriptum ; sed πρωτοτύπους et authenticus appellare comparatione facta cum Græcis editionibus, tam Septuaginta interpretum, quam aliorum, quæ erant interpretationes ad exemplar Hebraicum concinnatæ. Neque item putandum est, ut vir quidam doctus arbitratur, illas πρωτοτύπους γραφάς esse Samaritanam scripturam, quam Origenes, Eusebius et Hieronymus ab Hebræorum peritissimis edocti, priscam esse Hebraicorum characterum formam asseverant. Nam dilucide et nulla verborum ambage ait Eusebius eas esse litteras quæ apud Judæos circumferuntur. Tunc vero temporis certissimum est, refragante nemine, Hebraicarum scripturarum characteres eosdem fuisse qui in hodiernis Bibliis Hebraicis habentur. Non quo velim ne tantillum quidem discriminis inter illas veteres et hodiernas intercessisse, ita ut ne vel minima mutatio in ullam Hebraicarum litterarum successione temporum importata fuerit. Sed dico ita eadem esse, ut modicum a prisca forma recesserint. Querebatur olim Hieronymus de Hebraicarum litterarum parvitate nimia : *Accedit* (inquit Prologo c. p. xx, in *Ezechielem*) *ad hanc dictandi difficultatem, quod, caligantibus oculis senectute, aliquid sustinentibus beati Isaac, ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebræorum volumina relegere, quæ etiam ad solis dieique fulgorem litterarum nobis parvitate cæcantur.* Quæ fortasse de exemplaribus tantum Hieronymi intelligi debent. Credibile quippe est apud Hebræos, perinde atque apud reliquas orbis nationes, exemplaria quædam minore, alia vero majore litterarum forma descripta fuisse.

II. *Specimina quædam litterarum Hebraicarum veterum.*

Certum habetur apud eruditos, Hebraicos Bibliorum codices manuscriptos, qui in variis Europæ

bibliothecis asservantur, non admodum remotæ vetustatis esse, paucosque haberi qui superent annos quadringentos. Antiquiorem nullum novimus eo Pentateuchi volumine Bononiensi, de quo multa diximus in *Diario Italico*, p. 399 et 400, quod annis ab hinc quadringentis magistro ordinis Dominicanorum Aymerico, quasi autographum Esdræ, a Judæis oblatum fuit. Licet autem commentitiam hujusmodi vetustatem nemo prudens admittat, verisimile tamen est aliquot ante sæculis, quam Aymericus acciperet, exaratum fuisse. In hisce porro omnibus codicibus eadem ipsa, quæ in hodiernis Bibliis, characterum forma deprehenditur, ita ut nihil discriminis intercedat. Alias vetustiores formas conspiciamus in lapillis duobus Basilidianorum, qui penes me sunt, Hebraico characteres conscriptis, et quidem tertio circiter Christi sæculo, ut putatur : ubi, præter paucarum litterarum figuras, vix aliud quidpiam expiscari valeas ; ut contingit etiam quando Abraxea hujusmodi symbola Græce descripta sunt, quæ vix legi raroque intelligi possunt. Subjungimus autem alphabetum Hebraicum ex ms. RR. PP. Jesuitarum collegii Ludovici Magni ; ubi in libro Threnorum Jeremiæ litterarum forma pluries depingitur a calligrafo Græco ; sed ita indiligenter, ut non secum ipse consentiat, et cum idem alphabetum repetit, a priori quam posuerat forma sæpe deflectat. Ex iis vero formis eas delegimus quæ magis ad litterarum Hebraicarum figuram accedebant.

א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט	י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ	ק	ר	ש	ת
א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט	י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ	ק	ר	ש	ת

illis prolati vetustioribus litterarum Hebraicarum speciminibus, jam de singulis ut olim scribebantur litteris pauca pertractare operæ pretium fuerit.

¶ semper ita depictum fuisse videtur, neque ulla inter veteres et recentiores deprehenditur scribendi differentia. Eademque forma occurrit in lapillis Basilidianorum.

¶ item a prisca forma non recessisse suadent tum specimen allatum, tum etiam ejus similitudo cum littera \beth , quæ et olim ab Eusebio in psalm. xxxiii observata fuit, et hodie in libris Hebraicis deprehenditur. Nam ait Eusebius has litteras parvo apice distingui, ut hodieque videmus, quod confirmat Hieronymus multis in locis. Ex hac porro formæ similitudine factum est, ut aliis \beth aliis \aleph legentibus, magna interpretationum varietas oborta sit, infra pluribus ostenditur.

¶ secundum hodiernas formas, magnam habet cum \beth affinitatem. Sed absimiliore olim figura has litteras descriptas fuisse putamus; non tam quia varie formantur in alphabeto supra depicto, huic enim non multum fidimus; quam quia vix aliam pro alia uspiam lectam fuisse deprehendimus in veterum interpretationibus; secus quam in litteris similibus contigit.

¶ formam retinuisse suam arguunt tum specimina vetustiora, tum maxime ejus similitudo cum \aleph , quæ et hodie talis est, ut sæpe vix distingui possint, et olim tanta fuit, ut innumeris pene in interpretationes ex permutatione alterius cum altera profectas observemus: quomodrem ait Hieronymus in *Exzechielem* cap. vi: *Potest et ob vicinam similitudinem DALETH et RES Hebraicarum litterarum, quæ parvo apice distinguuntur, vel Deblatha vel Reblatha appellari.*

¶ in alphabeto supra a forma τοῦ η *Heth* multum differt, secus quam hodie in Bibliis Hebraicis, ubi hæ litteræ admodum similes sunt. Inter utramque vero litteram discrimen olim conspicuum fuisse suadent, tum alphabetum supra, ubi η sic Π , η vero sic h depingitur, tum maxime interpretum consensus, qui has litteras non unam pro alia accipere solebant, quique tamen litteras quaslibet inter se similes, passim confundebant. Sane litteram η olim superne clausam fuisse indicant alii manuscripti, et quidem antiquissimi, ut Colbertinus in nota ad psal. lxxi, v. 18, et codex RR. PP. Jesuitarum passim in Hesaia. In iis quippe vox $\Pi\Pi\Pi$, qua certissime Hebraicum $\eta\eta\eta$ exprimitur, bis litteram η supernæ clausam exhibet ad modum litteræ Π Græcæ, qua in re consentiunt cum alphabeto supra.

¶ olim pro \aleph sæpe lectum fuisse suadet Hieronymus, qui ait epist. ad Suniam et Fret. in psal. cxxix: *Pro nomine, sive lege, apud eos legitur THIRA, quod Aquila interpretatus est φόβον, hoc est legem; Symmachus et Theodotio, νόμον, id est legem, putantes THORA, propter litterarum similitudinem IOO et VAB, quæ tantum magnitudine distinguuntur.* In alphabeto quoque supra eadem ipsa

similitudo deprehenditur, ita ut ad differentiam litteræ \aleph duo puncta superscribantur sic \aleph . Ab interpretibus quoque aliam pro alia lectam sæpe deprehendimus. Verisimile autem est lineam qua formabatur \aleph in quibusdam saltem libris a superiori parte reflexam fuisse sic \aleph ; unde contigit, ut pro \aleph sæpe habita fuerit ab interpretibus, ut infra videbitur: certe memoratus codex unde alphabetum supra depictum excerptimus, in altero alphabeto (nam alphabeta repetit, ut diximus) \aleph quasi \aleph delineat. Attamen in voce $\Pi\Pi\Pi$ multoties repetita in Hesaia, quemadmodum et in alphabeto supra, neutra littera \aleph vel \aleph a supremo apice reflexa est.

De littera \aleph nihil observamus, nisi formam ejus in alphabeto supra admodum corruptam videri. Eam vero cum alia quavis littera permutatam fuisse nusquam a nobis observatum est.

De η in η verba fecimus.

¶ eadem pene forma scripta deprehenditur in alphabeto.

¶ De hac littera actum fuit.

De \beth in \beth jam supra.

¶ hæ circiter figura scribitur in speciminibus et in alphabeto.

¶ non multum deflexisse videtur a prisca forma.

De \beth in \beth diximus. In alphabeto, cui non multa fides habenda, longe alia forma pingitur.

¶ forma pene triangulari delineatur in alphabeto sic \beth .

¶ pene similem huic habet formam in alphabeto supra.

¶ sine intermedia linea scribitur sæpenumero in codice memorato, sed cum annulo.

¶ et ρ formas habent in alphabeto vitiatas, an autem et in quo a prisca forma recesserint, ignoramus.

De \aleph vide in \aleph .

¶ non ob formæ similitudinem, sed ob soni affinitatem aliquando cum ρ confunditur. Figura ejus vetusta similis est hodiernæ.

¶ si fides alphabeto, paulum deflexit a prisca figura.

III. *Ex quarumdam litterarum similitudine quanta interpretationum varietas orta sit.*

Ex quarumdam porro litterarum Hebraicarum cum aliis litteris similitudine incredibile est quanta lectionum et interpretationum varietas orta sit: ex unius quippe litteræ commutatione voces longe diversa significant, nomina vero propria cum aliis confunduntur.

De \beth quidem litteræ cum \beth similitudine agit Euseb. in psalm. xxxiii, ubi de mutato Achimelech, $\aleph\aleph\aleph$, in Abimelech, $\aleph\aleph\aleph$, loquitur his verbis: *Ἡ τῶν Βασιλειῶν Γραφή Ἀχιμέλεχ περιέχει· ἐναλλαγῆς στοιχείου γενομένης, οὐδὲν δεῖ κινεῖσθαι· παρὰ γὰρ τὴν ὁμοίτητα τοῦ στοιχείου τοῦ Βηθ παρ' Ἑβραίοις καλουμένου καὶ τοῦ Χάφ, διαφόρως ἐξεδῶθη τὸννομα· σχεδὸν γὰρ ἐν καὶ ταυτὸν ἐστὶ τὰ δύο στοιχεία, βραχυτάτης κεφαλῆς μόνης ἐναλλαττούσης.* Id est: *Regnorum Scriptura Achimelech habet: ne*

litteræ commutatione quispiam moveatur : nam ex ea quæ intercedit inter litteras Beth et Chaph, ut Hebræi vocant, similitudine, diverse nomen editum fuit : siquidem una eademque fere est duorum elementorum figura, brevissimo solum apice distinguente. Ex illa vero אכיתך in אכיתך mutatione difficultas exurgit, quam ibidem solvere nititur Eusebius. Idipsum de litterarum ב et כ similitudine passim dicit Hieronymus. Par lectionis varietas observatur Josue xvii, 2, in voce אביעזר, 'Αβιεζέρ, quam alius interpretes אביעזר, 'Αβιεζέρ, legit. Ex eadem ב in כ commutatione longe diversæ interpretationes prodeunt I Reg. ii, 5 ubi vocem נשכר, quam Vulgata vertit *se locaverunt*, et alius interpretes, eodem sensu, ἐμισθάρησαν, *mercede conducti sunt*, Aquila, qui legit נשכר, transfert συνετρήθησαν, *contriti sunt*, et LXX, qui vertunt ἡλαττώθησαν, *minorati sunt*, eandem quam Aquila lectionem secuti videntur. Itemque IV Reg. xxii, 7, בתים, domos, LXX, qui legerunt כתים, χεττιμ reddunt.

Et Job xxxvi, 11, vocem יכיל, quam LXX συνετελέσουσι, Vulgata *complebunt*, transtulere, Symmachus, qui haud dubie legit יבלי, παλαιώσουσιν, id est *antiquabunt*, vertit. Psalmo autem xci, 11, ubi legitur בשמן, *in olco*, Symmachus haud dubie legit כשמן; vertit enim ὡς ἔλαια, *quasi olea*, Prov. xiv, γ. 7, pro ובלידעת, quod alii vertunt, *et nescies*, LXX legerunt כלי דעת, vertunt enim ὁπλα αἰσθησιως, *arma sensus sive cognitionis*. Item Prov. xxi, 29, ubi legitur יכין, Aquila et Symmachus, ετοιμάσει, *præparabit* transtulerunt. Vulgatus quoque interpretes, qui vertit, *corrigit*, יכין legit. At LXX יבין legerunt qui vertunt συνεῖ, *intelliget* (*).

Et Hesaie iii, 6, ubi legitur מכשלה, Symm. et Th., ἀσθένεια, *infirmetas*, Vulg. ruina. At LXX, qui reddunt βρωμα, *מבשלה* legerunt, nam בשל est *cibos coquere*.

Et Hesaie v, 18, בחבלי, Vulgata vertit *in funiculis*, lectionemque sequitur eam quæ hodieque in Hebraico exstat. At Aquila, Symmachus et Theodotio, כתבלי legerunt, vertunt enim, ὡς σχοινίους, *quasi funiculis*, et LXX, ὡς σχοινίω, *quasi funiculo*. Longe plura in utramque litteram proferre possem; sed ad majorem varietatum fontem properandum est.

¶ pro ר lectum, et vicissim ר pro ד passim reperitur in Scriptura. Sic Gen. iii, 17, בעבודך, hodie legitur in Bibliis, et sic olim legit Aquila, qui vertit, ἐνεχά σου, *propter te*. LXX cum ד legerunt בעבודך, ἐν τοῖς ἔργοις σου, *in operibus tuis*, Vulgata, *in opere tuo*; Theodotio autem, ut Aquila, legi בעבודך, ἐν τῇ παραβάσει σου, *in transgressione tua*. Exod. vi, 16, vocem גרשון, Gerson (est nomen filii Moysis), vetus quidam interpretes bis legit גרשון, Gedson. Levitici xix, 26, ubi legitur, non comedetis cum sanguine, Hebraicum habet על-הדם, et vetus quidam interpretes, ἐπὶ τοῦ αἵματος, *super sanguinem*; LXX pro ד legerunt על-הדם vel סל-הדם ἐπὶ τῶν ὄρεων, *super montibus*. Et Levit.

xxv, 10, דדך, ab hebraizantibus *libertas* vertitur; a LXX ἀφαισις, a Vulgata *remissio*; Theodotio autem, cum דדך legeret, nec hujus vocis significationem calleret, eam Græcis litteris expressit, δαδῶρ, *dador*. Numerorum vero xvi, 15, הכרך, legitur; significatque *asinum*, vel, ut Vulgata vertit, *asellum*; LXX autem cum ד in fine, legerunt הכרך et interpretati sunt, ἐπιθύμημα, *desiderabile*, vel *desiderium*, aliis, δῶρον, *donum*. I Reg. xiv, 21, העברים, Ἑβραῖοι, reddidit, Vulgata, *Hebræi*; LXX vero העבדים legerunt, ac δούλοι, *servi*, interpretati sunt. I Reg. xxi, 7, et xxii, 9, האדמי, Idumæus: primo loco vetus quidam interpretes, secundo LXX legerunt הארמי, Arami, vertentiumque Σύρος, Syrus, et I Reg. xxiii, 15 et 19 השח-ח alii transtulerunt, δρυμὸς, vel ὄλη, *silva*; LXX vero, qui legerunt השחח, καινή, *nova*. II Reg. iii, 4, et aliquoties initio ejusdem libri, אדניה alii, Ἀδωνίας, *Adonias*. LXX vero, ר pro ד, Ὀρνια. Job ix, 25, פני-פני, *præcursores*; Symmachus et LXX legisse videntur פני דע, פני, nam vertunt οὐκ εἶδον, *non noverunt*. Sed observatu dignus est locus ille psalmi cxi, 8, Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, ubi illud, *decori meo*, respondet voci Hebraicæ hodiernæ להרדי, secundum quam Aquila et Quinta vertunt, ἐν τῷ ὄρει μου, *in monte meo*; Hieron., *monti meo*; LXX qui vertunt, τῷ κάλλει μου, *pu'chritudini vel decori meo*, haud dubie legerunt להרדי, Symmachus autem, qui vertit τῷ προπάτορι μου, *progenitori vel primo parenti meo*, legisse videtur להרדי, nam דררה est *progenitor*, nec infrequenter accidit ut ר cum ר commutetur, ut infra dicemus. Eadem commutatio טו ר in ד observatur psalm. cix, 5, ubi illud, *in splendoribus sanctorum*, lectionem Hebraicam hodiernam exprimit בהרדי, atque ita legerunt A. LXX, Th., V. Verum Symmachus בררדי legit: vertit enim ἐν ὄρεσι, et Hieronymus, *in montibus*. Job vi, 10, עך, quod alii vertunt ἔτι, *adhuc*, LXX, mutato עך in עיר verterunt, πόλιν, *urbem*. Item Job cap. xxxvi, 50, vocem ארך, *lucem suam*, LXX legerunt ארך; sic enim eam Græcis litteris exprimunt ἔδω, ubi mutatio τοῦ ר in ד et τοῦ ד in י observatur. Et Job xxxviii, 4, ubi Hebraicum habet יסרי, quo pacto legit etiam Symmachus (**): ibi LXX et vulgatus ante legerunt יסרי. Vide suo loco. Psal. lxxvi, γ. 5, LXX pro גרה, defluxit, legerunt גרה, *in conspectu ejus*. Eccles. vii, 25, ידע, ut hodie legitur, vertit Vulgata, *novit*; sed Aquila legit ירע, qui transtulit, *πονηρῶεται, improbe agit*, LXX vero, καχώσει, *male afficiet*. Et capite sequenti, versu 6, רעך Symmachus, κάχωσις, Vulg. *affictio*, LXX et Theod. γνώσις, *scientia*, quia דעך legerunt. Hieronymus vero in hunc locum: *In Hebræo, malitiam habet, non scientiam; sed quia RES ET DALETH litteræ Hebraicæ, excepto parvo apice, similes sunt, pro RAATH legerunt DATH, id est pro malitia, scientiam. Hoc melius sciet qui*

(*) Hæc vox inter Keri et Chetbib censetur a Massorethis. DRACM.

(**) Textus hebraicus habet יסרי, non autem יסרי. Cf. varias lectiones B. De-Rossii. DRACM.

ejus lingua habuerit notitiam. Eandem ipsam γ et η A γ 30, locum hunc difficilem $\text{בְּנֵי־עֵדָה הַבְּרִיָּה}$ vertunt hodierni hebraizantes, *Fili perversæ rebelliosis*; Vulgata, *Fili mulieris virum ultro rapientis*; Symmachus, *Fili indisciplinarum deficientium*; LXX, $\Upsilon\iota\epsilon$ $\chi\omicron\rho\alpha\sigma\tau\omega\upsilon\alpha\upsilon\tau\omicron\mu\omicron\lambda\omicron\upsilon\sigma\upsilon\omega\tau\omega\upsilon\alpha$, aliter $\alpha\upsilon\tau\omicron\mu\omicron\lambda\omicron\upsilon\sigma\upsilon\omega\tau\omega\upsilon\alpha$, *Fili puellarum ultro venientium*. Pro γ enim legisse videntur בְּנֵי־עֵדָה , *puellarum*, η nempe pro γ , ut supra.

Præter has ex commutatione litterarum ortas interpretationum varietates, aliæ observantur ubi litteræ pro aliis etiam non similibus substitutæ apprehenduntur, vel ubi ex duabus una efficitur, ut Gen. xxv, 8, ubi legitur אֶל־עֵצֵי־צֶדֶק , *ad populum suum*, alius interpres vetus transtulit, $\text{פְּרֹדָס׃ תּוֹכֵס׃ הַפְּרֹדָס׃}$, *ad transitores suos*, qui legisse videtur אֶל־עֵצֵי־צֶדֶק . Et Num. xiii, 34, בְּפִלִים Symmachus vertit τεραστίους , *portentosos*, ac si legeretur בְּפִלִים .

Josue vero iv, 3, $\text{הַכֹּהֲנִים הַבְּרִיָּה}$ *sacerdotes*, LXX vertunt λίθοι , *lapides*, quia legerunt הַבְּרִיָּה (*). Et II Reg. xviii, 33, בַּלְכָדִי , *in eundo ipsum*, vetus quidam interpres legisse videtur בְּבַכְתִּי , qui vertit $\text{ἐν τῷ κλάειν αὐτὸν}$, *in flendo ipsum*, sive, *cum fletet*. Et psalm. lxxi, 14, דָּמָם , *sanguis eorum*, LXX legerunt שֵׁמָם , interpretantur enim, τὸ ὄνομα αὐτῶν , *nomen eorum*. Proverb. xxvi, 17, legitur אָזְנִי : aliique omnes, *auriculas*, ut par est, exprimunt; LXX vero, qui vertunt κέρκου, ἡδὴ haud dubiè legisse videntur. Similia bene multa afferre possemus ubi interpretes illi veteres, sive varie legerint, sive varie legendum putaverint, longe disparatas interpretationes dederunt. At iis consulto prætermisissis ad alia transeamus.

Observantur item mutationes $\tau\omicron\upsilon$ η in γ : jam vidimus supra Job vi, 10, ubi alii interpretes lectionem Hebraicam hodiernam עַד secuti sunt, LXX עֵד legisse, et Job xxxvi, 30, אֵיִד legisse pro עַד . Sic etiam psalm. xlvi, 4, vocem Hebraicam עֵדָה ait Chrysostomus Hebraice legi ὄραγθῶ : psalm. autem lxxii, γ 7, ubi legitur עֵינַיִךְ , *oculos eorum*, quam lectionem secuti sunt Aquila, Symmachus et Hieronymus, LXX legerunt עֵינַיִךְ , qui vertunt, ἀδικία αὐτῶν , *iniquitas eorum*. Et psalm. cxvii, 16, vocem כַּפִּיר veteres Hebraice legunt Χαφίρ , Chaphir, et Hesaiæ xxxviii, 14, vocem סִים , *equus*, Theodotio legit סִים , σῖς , LXX vero χελιδῶν , *hirundo*, verterunt: qua de re Hieronymus: *Pro pullo hirundinis, sive hirudine, ut LXX transtulerunt, in Hebraico scriptum est, sus agor, quod interpretatus est Aquila, equus agor; Theodotio, sis agor; media enim vocalis littera ναυ, si ponatur inter duo σαιεσθ legitur sus, et appellatur, equus, si σαιεθ legitur, sis, et hirundo dicitur*. Et Jeremiæ viii, 7, סִים item legitur; in margine autem Hebraicorum Bibliorum notatur legendum esse סִים , ubi Hieronymus: *Rursum pro hirundine Symmachus cicadam transtulit, quæ Hebraice dicitur sis*. Longe plura hujusmodi exempla proferre possemus: sed ab iis supersedemus, maxime quia illa $\tau\omicron\upsilon$ η in γ mutatio plerumque sensum non alio transfert.

Sed mutatio $\tau\omicron\upsilon$ η in γ et vicissim, quæ nonnunquam occurrit, magnam interpretationum varietatem parit. Jam vidimus supra ad psalm. cxix, γ 8, Symmachum legisse לְהַרְדִּי , *progenitori*, pro לְהַרְדִּי , *monti*. Et Gen. xxxiv, 2, ubi legitur הַרְדִּי et LXX Ἐδαῖος , Vulg. *Hevæus* transtulerunt, vetus alius interpres, qui haud dubie legit הַרְדִּי , Χορβαῖος reddidit. Sunt autem Chorvæi vel Horvæi altera gens Chanaanorum. Et IV Reg. xi, 16, ubi legitur סִיסִים , LXX τῶν ἵππων , Vulgata, *equorum* vertunt. Alius autem vetus interpres, qui סִיסִים legit, εὐνούχων sive *eunuchorum* transtulit. Lib. I Regum, cap. xi,

(*) Non הַבְּרִיָּה verterunt λίθοι , sed אַבְנִים , absque articulo, quod reipsa hoc in versu legitur. Plane autem omiserunt tres hebraici textus præ-

vertunt hodierni hebraizantes, *Fili perversæ rebelliosis*; Vulgata, *Fili mulieris virum ultro rapientis*; Symmachus, *Fili indisciplinarum deficientium*; LXX, $\Upsilon\iota\epsilon$ $\chi\omicron\rho\alpha\sigma\tau\omega\upsilon\alpha\upsilon\tau\omicron\mu\omicron\lambda\omicron\upsilon\sigma\upsilon\omega\tau\omega\upsilon\alpha$, aliter $\alpha\upsilon\tau\omicron\mu\omicron\lambda\omicron\upsilon\sigma\upsilon\omega\tau\omega\upsilon\alpha$, *Fili puellarum ultro venientium*. Pro γ enim legisse videntur בְּנֵי־עֵדָה , *puellarum*, η nempe pro γ , ut supra.

Præter has ex commutatione litterarum ortas interpretationum varietates, aliæ observantur ubi litteræ pro aliis etiam non similibus substitutæ apprehenduntur, vel ubi ex duabus una efficitur, ut Gen. xxv, 8, ubi legitur אֶל־עֵצֵי־צֶדֶק , *ad populum suum*, alius interpres vetus transtulit, $\text{פְּרֹדָס׃ תּוֹכֵס׃ הַפְּרֹדָס׃}$, *ad transitores suos*, qui legisse videtur אֶל־עֵצֵי־צֶדֶק . Et Num. xiii, 34, בְּפִלִים Symmachus vertit τεραστίους , *portentosos*, ac si legeretur בְּפִלִים .

Josue vero iv, 3, $\text{הַכֹּהֲנִים הַבְּרִיָּה}$ *sacerdotes*, LXX vertunt λίθοι , *lapides*, quia legerunt הַבְּרִיָּה (*). Et II Reg. xviii, 33, בַּלְכָדִי , *in eundo ipsum*, vetus quidam interpres legisse videtur בְּבַכְתִּי , qui vertit $\text{ἐν τῷ κλάειν αὐτὸν}$, *in flendo ipsum*, sive, *cum fletet*. Et psalm. lxxi, 14, דָּמָם , *sanguis eorum*, LXX legerunt שֵׁמָם , interpretantur enim, τὸ ὄνομα αὐτῶν , *nomen eorum*. Proverb. xxvi, 17, legitur אָזְנִי : aliique omnes, *auriculas*, ut par est, exprimunt; LXX vero, qui vertunt κέρκου, ἡδὴ haud dubiè legisse videntur. Similia bene multa afferre possemus ubi interpretes illi veteres, sive varie legerint, sive varie legendum putaverint, longe disparatas interpretationes dederunt. At iis consulto prætermisissis ad alia transeamus.

Ex modo etiam dividendi voces interpretationum varietas oritur, ut Proverb. xviii, 10, בְּנֵי־אֵי Aquila et Theodotio, πύργος , *turris*; LXX vero et Alius, כ habentes quasi præpositionem בְּ , rejecto η , ex μεγαλωσύνης et ex μεγέθους , *ex magnitudine*, vertunt.

Ex similitudine item sunt aliquando litteræ nullatenus similes aliæ pro aliis accipiuntur, ut psalm. lxxxix, 11, vocem חַי , *cito*, Aquila ἀνὴρ vir interpretatur, ac si legisset חַי . Exod. iv, 26, vocem חַי vertit ἐσφράγισεν , ac si legisset חַי . Exemplum singularissimum habetur Ezech. xiii, 5, ubi לְעֹבֵד ad standum ita verterunt, LXX ac si legisset לְעֹבֵד , interpretantur enim λέγοντες , *dicentes*.

IV. De prisca scripturam Hebraicam legendi more.

Fatentur cruditi omnes magnum intercedere inter veteres et recentiores in Hebraicæ scripturæ lectione discrimen; imo et eandem ipsam in legendo varietatem suo tempore observari, ait Hieronymus epist. ad Evangelum: *Nec refert, inquit, utrum Salem aut Salim nominetur: cum vocalibus in medio litteris perraro utantur Hebræi, et pro voluntate lectorum ac varietate regionum eadem verba diversis sonis atque accentibus proferantur.*

credentes voces, quas Theod. sic reddidit: $\text{ἀπὸ στάσεως ποδῶν τῶν ἱερέων}$, b. e. e *statione pedum sacerdotum*. DRACH.

(a) Nihil mirum igitur est si Massoretica lectio cum vetustiore illa non prorsus conveniat, siquidem Massoretæ eam adnotaverunt quæ ætate sua et eo loco ubi versabantur usui erat, quæque ab antiquiore illa et ab ea quæ variis in regionibus usurpabatur, multum differebat. Quin etiam hodie lectione per Massoretas ad certas vocales determinata, inter Rabbinos plerumque non satis convenit quo pacto sit legendum. Inde est quod veteres illi non secum semper consentiant in lectionibus, sed alius alio modo idem verbum proferat, quod exemplis sequentibus confirmatur. Initium porro ducimus ab alphabeto Græco, quod cum litterarum nominibus, Græcis litteris descriptum habetur apud Eusebium *De præp. evang.*, lib. x, et in codice RR. PP. Jesuitarum collegii Ludovici Magni in Threnis Jeremiæ; necnon in alphabeto codicis Murbacensis mille circiter annorum, a nobis edito *Palæographiæ Græcæ* p. 221.

V. De veteri litterarum Hebraicarum pronuntiatione.

אֵלֶּפֶת *Aleph*. Eusebius legit ἀλφ, cod. Jes. ἀλφά, alphabetum Murbacense ΑΛΕΦΗ. Ait vero Hieronymus *Quæstionibus in Genesim*, hanc litteram sæpe per e legi, sæpius vero per a. Aliquando per o lecta deprehenditur ut III Reg. 1, 5, אֶלֶּפֶת. LXX, Ὀρϕαζ.

בֵּית *Beth*. Eusebius et codex Jes. βήθ. alph. Murbac. ΒΕΤΗ. Omnino respondet β Græco, atque hodie, ut β Græcum, sæpe legitur per v consonantem, quando scilicet non est daghessatum.

גִּימֵל *Ghimel*. Eusebius γίμελ legit, codex Jesuit. γίμλ, alphabetum Murbacense ΓΕΜΕΛ. Exprimitur semper per γ Græcum.

דָּלֶת *Daleth*. Eusebius et codex Jes. δέλεθ legunt, suppressa postrema vocali; alphabetum Murbacense DELETH. Legitur per δ ubique.

הָא *He*. Eusebius et cod. Jes. una littera η exprimitur. Uterque cum spiritu denso ή. Alphab. Murbac. ΗΕ. Hæc porro littera sæpius per e exprimebatur, sæpe etiam per a, teste Hieron. *Quæst. in Gen.* Cantorum autem vii, 6, הָא בְּרֵחֵיִם legit quidam vetus interpres βερατέμ.

וָא *Vau*. Eusebius et cod. Jes. οὐαῦ, alph. Murbac. ΒΑΥ. Hæc littera nunquam consonantis vice fungitur in fragmentis per Græcos descriptis, nec fungi posse videtur, quandoquidem initio vocum exprimitur per οὐ, οὐαεεῖ, וָא, et vixit; οὐεσσαχֵי וָא, et osculatus est. In medio autem et fine vocum modo per ου, modo, et quidem frequentius, per ω redditur; qua de re infra.

זַיִן *Zain*. Eusebius et cod. Jes. Ζαί legunt, ommissa postrema nominis littera. Itemque Ζαί legitur in alphabeto Murbacensi quod edidimus *Pa'ævographiæ Græcæ* p. 221. Ex manuscriptis vero nostris unus ix sæculi, num. 3, habet Ζαί; alter, xi circiter sæculi, num. 12, item Ζαί; tertius, xii circiter sæculi,

(a) Quæ ab inde sequuntur præfatus est Montefalconius in Dissertatione Lexico-Hebraico, ab ipso adornato, præmissa, quod ad calcem editionis suæ coronidis vice posuit. Quod cum recudere instituti

num. 5, Ζαί. Sed alius ix circiter sæculi, num. 2, et alius xii sæculi, num. 17, Ζαין habet. Codex item Coislin. Græcus, num. 191, habet ζαί. In alios quotidie incido codices qui Ζαί habent. Quare vix dubitaverim quin olim ab omnibus Ζαί, non Ζαין lectum fuerit, τ omnes per ζ reddunt.

הֵת *Heth*. Eusebius et cod. Jes. ήθ legunt, cum aspirata scilicet, etsi in postremo non legatur spiritus; alph. Murbac. ΗΕΤΗ. Hanc litteram LXX legebant per χ, chi, ut notat Hieronymus *Quæst. in Gen.*, ut חֵת, Χαμ, Cham. Et in *Jeremiam* cap. xix, γ 2, de voce חֵתִית hæc habet: *Et pro porta fictili, Aquila, Symmachus et Theodotus ipsum verbum posuerunt Hebraicum HARSITH; pro quo LXX, juxta morem suum, pro aspiratione ΗΕΤΗ litteræ, addiderunt χη Græcum, ut dicerent charsith pro arsinh; sicut illud est, pro Hebron, Chebron, et pro Jericho, Jericho, et similia.* Alii, maxime vero Aquila, pro aspirata habent; ac ut verisimile est, initio dictionum per spiritum densum indicabant, licet jam spirituum hujusmodi commutationes multæ, maxime in nominibus propriis, deprehendantur: quia enim olim Origenis tempore, et aliquot post Origenem sæculis, exemplaria omnia sine spiritibus et accentibus describebantur; quando hæc adnotari cœperunt, calligraphi eos spiritus in nominibus propriis posuerunt, qui primum in mentem veniebant. Hæc autem in re codices secuti sumus, male positos lenes spiritus emendare non ausi. In medio dictionum litteram η non nisi per vocalem exprimebant; unicum tamen reperitur exemplum ubi Symmachus vocem חֵתִית ὠχέημ legit, nempe Isai. xiii, 21. Initio vocum, ut dixi, vocalem qua littera η exprimebantur aspirare solebant: ea porro vocalis erat aliquando ε. Sic Gen. ii, 14, ἔδδκελε, ὠχρη, Tigris. Josue xv, 30, ὠρη, ἔρημα, Herma, et similia: sæpius autem α, ut IV Reg. i, 2. Aquila, Ἀαζία, ὠρη, qui dicitur Ochozias ab Hieronymo et LXX; et psalm. ix, 7, ἄρβωθ, ὠρη; et psalm. ciii, 17, ἀσιδά, ὠρη; et Jerem. xix, 2, A., S., Th., ἀρσὺθ, ὠρη, ut supra. In medio sive post primam litteram vocis frequentius ε vel η. Gen. v, 6, οὐαεεῖ, וָא, et vixit; III Reg. i, 9, A., S., ζωελεθ, ὠρη. Psal. vii, 15, εδάλ, ὠρη; Isai. xv, 5, A., λουεθ, ὠρη, nomen proprium. Aliquando etiam α ut IV Reg. i. In fine autem vocum ε aut η sere exprimitur, nisi sequatur η paragogicum. Sic Gen. iii, 8, λρουή, ὠρη, ad spiritum vel ad auram. Psalm. viii, 1, λαμανασή, ὠρη, Victori. Ps. xlviii, 1, Κορέ, ὠρη. Deut. xvi, 1, A., φεσέ, φασ, Phase vel Pascha. Malachiae ii, 13, μασθη, ὠρη, altare, et ibid. ὠρη, λαεθ. Aliquando etiam præponitur α ante ε, ut IV Reg. xi, 6, A. μεσαέ, φασ.

תֵּת *Teth*. Eusebius et cod. Jes. תήθ cum aspirata θ in fine, alphabetum Murbacense ΤΕΤΗ, licet non

nostri non sit, utpote qui jam Lexicon Hebraicum numeris omnibus absolutum ediderimus, hæc ex laudata Disquisitione in gratiam lectoris huc revocavimus. EDIT. PATR.

aspiratur initio vocis, sed τ legatur apud veteres, A et in his exemplis cernimus. Unde fortassis suspicio oritur, postremam litteram, quæ in allatis omnibus exemplis aspiratur, olim fuisse η aspiratum, lectumque fuisse בית pro בית hodierno (*). Nam ב non aspirabant. Sic psalm. cix, 4, τάλ, ל, ros; psalm. vii, 6, μάτ, מעט, parum; Deuteron. xi, 3. Α., αετλημ. שמים; et Isaiæ xxvi, 3 et 4, βατου βατω, בבת בבת.

ⲓⲟⲃ Iod. Eusebius legit ⲓⲟⲃ et ms. Jes. ⲓⲟⲃ. In alphabeto item Murbacensi legitur ⲓⲟⲃ. Codex item Coisl. Græcus, numero 191, habet ⲓⲟⲃ. Qui multorum in postrema littera consensus subindicat olim lectum fuisse ירה, quod confirmare videtur ⲓⲟⲃ Græcum, haud dubie ex Hebraico derivatum. Quotidie incido in codices qui ⲓⲟⲃ habent, unde B asseritur id quod supra diximus. Ut ut vero sit ⲓ mobile redditur per ε ab omnibus. De quiescenti infra.

ⲕⲁⲫ Chaph, vel Kaph, ut grammatici hodierni, et alphabetum Murbacense. Eusebius et mss. Jes., χῆϕ. Ab interpretibus aspiratur semper, ut innumeris exemplis ex hac collectione desumptis probari potest; quod si bis terve contrarium occurrat, id potest librariorum oscitantia scribi.

ⲕⲁⲃ Lamed. Eusebius et mss. Jes. λάβδ, Labd. Crederem librarii errato λάβδ pro λάμδ scriptum fuisse, quia a ix vel x sæculo β et μ in codicibus affinem sæpe formam habent, ut difficile quandoque sit aliam ab alia littera distinguere, maxime quando sensus non iuvat, ut hic contingit; sed cum codex C J.-s., viii circiter sæculo exaratus, unciali caractere scriptus sit, alia quærenda hujus nodi solutio: fortassis ad euphoniã et faciliorem pronuntiationem pro λάμδ, λάβδ scriptum fuit. Alphabetum Murbacense LAMED.

ⲕⲁⲙ Mem. Eusebius et cod. Jes. Μῆμ legunt, alphabet. Murbac. MEM. Omnes vero ⲕ per m expriment, præterquam in fine vocum, ubi n pro m frequentissime ponunt Græci, quia nempe a terminatione in μ abhorret Græca Lingua.

ⲕⲁⲛ Nun. Eusebius et codex Jesuit., νοῦν. Per n omnes. Alphabetum Murbacense NUN.

ⲕⲁⲘ Samech. Eusebius et codex Jes., σάμχ. Alphabetum Murbacense SAMETH. Omnes vero legunt per σ. D

ⲕⲁⲙ Ain. Euseb. et cod. Jes., ἄιν. Alphab. Murb. ΑΙΝ. LXX Interpretes non raro per γ expriment. Α., γαυέ, ηϕ. Alibi et litteram et motionem frequentius per ε, nonnunquam per α reddunt. Sic Gen. ii, 8, γα, ἔδεν. Gen. xxi, 19, εἶρ, γιρ; Josue vii, 24, ἐμέχ, εϕα; I Reg. xvii, 18. Α., ἐρουδά, εϕιρ, γιρ, II Reg. iv, 12, μεϕερ, LXX, μεϕέρ; IV Reg. i, 2, γϕ, ἐκρών. Psalm. xlvi, γ ult., εϕ; εμ, cum, sed quando εϕ significat populus, legitur εμ. Psalm. xc, 9, Ἐλιών, εϕιγ. Isai. lxi, 5. Theodotio, ἔδδμ, εϕ. Et sic alibi. Per α autem Gen. iii, 4, ἀρώμ, εϕ. nudus. Josue vii, 24, ἀχώρ, εϕ. Psalm. viii, γ 1, ελ, εϕ. Psalm. lxxiv, 4, ἀμουδά, εϕ. (*) Hebræi moderni scribunt et proferunt omnes, בית. DRACH

Psalm. lxxv, 10, ἀνι, ηϕ. Psalm. xlviii, 6, γϕ, ἀών ibid. 12, ἀλή, ἔνι. Isai. xv, 4, Theodotio, ἄρ, γϕ. In appendice Deut. ii, 23. Α., ἀζά, ηϕ. In medio autem vocum, sive post primam litteram, modo per ε, modo per α, et quidem frequentius, exprimitur; per s Malach. ii, 13, ηϕη, θεσου, Osee xi, 4, νέρ, γϕ; per |α. Psalm. viii, 6, μάτ, μετ. Psalm. xi, 7, βασιάλ, ἔνι. IV Reg. i, 2, βάλ, ἔνι. Isai. xxvi, 2, σααρεμ, εϕιρ. In fine autem vocum per s fere semper legunt, nisi sequatur η paragogicum sive heemanticum: nam tunc per α legitur. I Paralip. vii, 26, Ἰησουέ, ηϕη. IV Reg. xi, 4, εϕιρ, S., LXX, Ἰωδαέ. IV Reg. xviii, 34. Α., ἀνέ, ηϕ; aliquando tamen per α Deut. i, 38. Ο· Ἰησουά. εϕιρ, et Josue xv, 26, σαμαά, μετ.

B Certum autem est gutturalem aliquam pronuntiationem habuisse γ apud Hebræos. Spiritu leni afficitur ut plurimum quando initio vocis jacet in fragmentis veterum interpretum quæ supersunt: quibus tamen non plena fides habenda, ut diximus ad litteram η. Hieronymus sine aspirata sæpius: aliquando tamen cum aspirata legit. LXX quandoque cum γ ut Γαί. Aliquando cum χ, ut Amos i, 5, γϕ, Eden, ubi LXX legunt γϕ, et vertunt Χαβ-βάν. Ubi Hieronymus: In eo quippe loco, ubi nos diximus, etc. Vide in nota ibid.

ⲕⲁⲞ Pe. Eusebius et ms. Jes. ϕῆ, alphabetum Murbacense PE. Veteres omnes interpretes ⲕ per ϕ semper efferunt. Aitque Hieronymus Comment. in Isaiam, tom. III: P litteram sermo Hebraicus non habet; sed pro ea PHI Græco utitur. Et Comment. in Daniele, cap. xi, γ 35, dicit in sola voce εϕεϕ legi APEDNO; in aliis per ϕ semper.

ⲕⲁⲟ Tsade. Euseb. et ms. Jes. σάδη, alphabetum Murbacense SADE. Omnes interpretes per σ legunt.

ⲕⲁⲑ Quoph. Eusebius et ms. Jes. Κῶϕ, Murbacense alphabetum KOPH. Veteres per κ expriment. Si secus aliquando reddi observetur, videlicet per χ, puto id librariorum oscitantia accidisse.

ⲕⲁⲓ Resch. Eusebius et ms. Jes. Ρῆς, Alphab. Murbac. RES.

ⲕⲁⲓⲁ Schin. Eusebius et ms. Jes. σέν, alphab. Murbac. item SEN. Veteres semper σ legunt sive dextro sive sinistro puncto sit notandum.

ⲕⲁⲓⲁⲓ Tau. Alphab. Murbac. habet etiam ται: sed Eusebius et ms. Jes. Θαῦ, Thau. Veteres semper θ reddunt, non τ.

VI. De vocalibus Hebræorum.

Quod ad vocales autem Hebræorum attingit, inter doctos disputatum est num litteræ וויעי vocalium olim officio fungerentur, ut credidisse videtur Hieronymus; an consonantis vicem haberent, ut docent plerique hodierni viri. Sane si hæ litteræ vocalium usum habuerint, necesse prorsus fuerit alias penes Hebræos fuisse vocales, quæ licet non notarentur in libris, ex consuetudine tamen usurparentur. Cum enim nulla vox, nullum verbum possit sine vocali pronuntiari, et innumeræ apud Hebræos בית. DRACH

voces nullam ex litteris אהדיע præferant, certum est eos præter has litteras alias habuisse vocales, quæ quidem non scribebantur, sed ex consuetudine adhibebantur, etsi magna esset in legendo varietas. Litteræ autem אהדיע præsertim quæ aspirantur אהדיע non determinatam vocalem, sed modo hanc, modo aliam in usu legendi et loquendi obtinebant, ita ut et aspiratio et vocalis una sonarent: quod nemo negaverit. Utrum autem illa aspiratio consonans dici debeat, videtur esse mera nominis quæstio. De א et ה non est, ut quidem puto, par ratio: nam verisimile est eas, ut plurimum saltem, vocalium officio functas esse; sed iis qui secus existimabunt rem, perquam exigui momenti, pluribus indagandam mitto. Jam ad vocales illas veterum cum hodiernis hebraizantium motionibus comparandas veniamus. Vocalem א exprimunt, post Massoretas, hodierni grammatici per camets ׀, per patahh ׀, et per scheva patahh ׀ E vero per tsere ׀ per segol ׀ et per scheva segol ׀ E autem tenuissimum per scheva: א per hhiriq magnum sic א. vel parvum, seu punctum sub littera, quam afficit positum sic א, א. O per א hholem plenum, vel per hholem deficiens, seu punctum in superno latere sequentis litteræ scriptum sic א dom; item per camets lhatouph א vel per hhateph camets, א U autem grave per schourec א U tenue per kibbus. De gravitate sive tenuitate singularum vocalium non loquar, quia nihil hujusmodi observatur in lectione veterum.

Magna porro legendi varietas inter veteres illos interpretes et Massoretas deprehenditur, ita ut ubi illi legunt א, hi legant א, et vicissim, ut I Reg. xvii, 18, אבד Aquila ερουδα, Massoretæ vero arubath, cum scheva patahh in prima et kibbus in secunda, ac sæpissime ubi א et ה notantur vocali א, illi א legunt. Psalm. xlvii, 3, ubi Massoretæ illud ארבתו, Larchethe legunt. In vetustis codicibus legitur ארבתו et eodem psalmo א, 10, ארבתו Massoretæ, diminou, illi, δεμμηου habent; et psalm. cix, 4, ארבתו, Massor. Ialdutheca, illi, Ἰελεθεθεχ. Malachizæ ii, 13, ארבתו, Massor. cassoth; illi χεσσουθ. Longe vero sæpius illi א Massoreticum per א legunt, ut Levit. xviii, 13, ארבתו, Massor. cum duplici segol, Thebel: Theodotio Θεβελ. Judicum iii sæpe ארבתו Massoretæ cum tsere sub prima Ehud. LXX. Ἀδδ, Alii, Ἀαδδ. I Reg. xvii, 1, ארבתו Massor. Ephes, illi ἀφέζ. IV Reg. xviii, 34, ארבתו Massor. Henah, Aquila Ἀνέ. IV Reg. xxv, 17, ארבתו, Massor. Chothereth, Symm. et Theodotio χωθάρθ. Job xlii, 14 ארבתו Massor. keren, Aquila et Symm. κάρν. Psalm. vii, 15, ארבתו Massor. ichabbel: veteres illi ארבתו.

Hic vero notandum est in affixis secundæ personæ singularis masculini generis א supposito camets א veteres interpretes א ante א legere, nimirum א. Sic psalm. xlii, 8, ארבתו, ubi Massoretæ Eloeca legunt, illi ארבתו. Psalm. xlvii, 10, ארבתו Massor. Hecalecha, illi ארבתו. Psalm. cix, 3, ארבתו, Massor. Lecha: illi ארבתו, melius ארבתו. Isai. xlix, 5, ארבתו Massor.

A becha, illi ארבתו. Quando autem præcedens vocalis est א per א terminant, ut supra ארבתו ארבתו.

Aliquando etiam, sed raro, א vel א pro א legunt veteres illi, ac vicissim. Sic Gen. xxxvi, 24, in nota, ארבתו, Massoretæ makor, vetus lectio μακώρ, nisi sit mendum pro μακώρ; et Josue vii, 24, ארבתו, Massoretæ Achor. Aliqui legerunt Ἀχάρ, non ארבתו. Alii Ἀχώρ. I Reg. xvii, 1, ארבתו, Massoretæ Damim: illi δομίν, et psalm. xlviii, 2, ארבתו, Massoretæ, haled; illi ארבתו.

De scheva quædam observanda nobis sunt. Massoretico quidem more aliquando legitur, aliquando silet. Legitur semper initio vocis sub littera daghlesata, in medio vocis post aliud scheva, et post motionem magnam. Alibi quiescere solet, א autem sonat cum legitur. Hisce porro legibus non stabant veteres interpretes: nam scheva sæpe non legebant initio vocis; ut Gen. i, 4, ארבתו. Massoretæ, Bereschith, illi, βρησιθ. Gen. ii, 8, ארבתו, Massor. beheden, illi βεδέν. Levit. xiii, 2, ארבתו Massor. seeth, Theodotio, σθη. Psalm. xi, 9, ארבתו, Massor. cherum, illi χράμ. Psalm. cxvii, 25, ארבתו, Massor. beschem, illi βσχημ.

Frequenter etiam pro hodierno scheva initiali eandem vocalem adhibent quæ in sequenti syllaba habetur. Gen. xiv, 5, ארבתו, Massoretæ, Rephaim, Aquila, ραφαελμ. Levit. xix, 27, ארבתו Massoretæ, Pheath, illi φαάθ. Psalm. xlv, 8, ארבתו Massor. tsebaoth, Veteres illi σαβαούθ sæpe. Psalm. xlvii, 5, ארבתו, Massor., pelagan; illi, φαλαγασ. Psalm. xlviii, 5, ארבתו, Massor. lemaschal; illi, λαμασάλ. Horum exempla frequentia reperire est in LXX Interpretibus, ut schelomo, Σολομών, et alia. Est etiam ubi sequente א scheva illud initiale per א exprimant, ut psalm. xliii, 15, ארבתו, μαουδ.

De א iod, et de vocali א hæc observanda sunt; א semper exprimunt veteres per א, vel indiscriminatim per א, nisi mendo librorum א positum fuerit pro א, quod frequentissime in manuscriptis Græcis pene omnibus observatur. Gen. i, 4, ארבתו, βρησιθ. Gen. xiv, 5, ארבתו, Aquila, ραφαελμ. Gen. xxviii, 19, ארבתו, אείρ. Levit. i, 1, ארבתו, ούκρα. Gen. xxxvi, 24, in nota ארבתו, אμμαίμ. I Reg. iv, 18, ארבתו, ארבתו. I Reg. xvii, 1, ארבתו, ארבתו. II Reg. xiv, 26, ארבתו, μαθαιμ. III Reg. vi, 1, ארבתו, βασημονεμ. IV Reg. i, 2, ארבתו, Α. Ἀαζία, S. Ὀχοζίας. IV Reg. xviii, 7, ארבתו, ἀκκοδασίμ. Job xlii, 14, ארבתו, Α. S. τεμμεμ. Psal. viii, 1, ארבתו, ἀγεθθθ, Psal. xi, 1, ארבתו, ἀσημινθ. Psal. xlii, 1, ארבתו, ארבתו, et alibi sæpe.

Ubi vero א quiescit in tsere, per א vulgo exprimunt, rarius per א. IV Reg. i, 8, ארבתו, אלוθ. Psal. vii, 8, ארבתו, ούαλαά Psal. xlvii, 3, ארבתו, ארבתו. Psal. xlvii, 10, ארבתו, ארבתו. Alia multa exempla proferre possemus, sed hæc satis sunt.

Quando autem littera א nec exprimitur, nec subintelligitur, ut in voce ארבתו David, quæ sæpius ארבתו scribitur suppresso, sed subintellecto א, tunc per ארבתו parvum א Massoretis notatur, א veteribus

anquam per *i* legitur, sed frequentius per *e* ut A
Gen. II, 8, מִקְדֵּם. Massor. *mikkedem*, illi, μεκεδέμ.
Levit. VII, 18, מִנֵּה, Massoretæ *Phiggoul* habent,
Theodotio autem φεγγούλ vel φεγγώλ. Psal. IX, 17,
מִנֵּה. Massoretæ *higgaiou*, illi ἐγγαίων. Psal. CIX,
מִסֵּה. Massor. *Mischhhar*, illi, μεσσαάρ. Psal. CXVII,
מִסֵּה. Massor. *isrou*, illi, ἐσρού. Isai. IX, 5,
Massor. *ghibbor*; illi, γεβώρ. Osee XI, 1, מִסֵּה,
Massor. *mimmitsraim*. Illi, μεμμεσραίμ. Malachia
II, 15, מִסֵּה, Massoretæ, *dimah*; illi, δεμά.

Quando hhiriq parvum jacet post *a*, vocalem
tunc per *a* expriment. II Reg. XVII, 19, מִסֵּה, Mas-
sor. *hariphoth*; illi, ἀραφώθ.

Ubi secundum Massoretas scheva initio occurrens
ante aliud scheva mutatur in hhiriq parvum, tunc B
veteres illi utrumque scheva legunt per *e* vel *a*; per
e psal. XI, 9, מִנֵּה, Massor. *Libne*, vel *liene*, illi λεβνή.
Psal. CL, 2, מִנֵּה, Massor. *bigbourothav*; illi, βεγε-
ουροθού; per *a* מִנֵּה pluribus in locis Massor. *min-
hah*; illi, μαναά vel μανά. Psal. LXXV, 4, מִנֵּה,
Massor. *milhama*; illi, μιλαμά. Psal. XV, 1, מִנֵּה,
Massor. *Michtham*; illi, μιχθάμ. Osee. X, 9, מִנֵּה,
Massor. *Chibah*; illi, Γαβαά. Quando post primam
vocalem sequitur *o*, vel *ω*, vel *ov*, per *a*. Num. XI,
54, מִנֵּה, Massoretæ, *kibroth*; illi, κιβρώθ, forte
melius κιβρώθ. Jeremi. XLVIII, 1, מִנֵּה, Massor.
misgab. A., Th., μισγαβ. Ezech. XXI, 10, מִנֵּה,
Massor. *Migdol*; illi, μιγδώλ. Reperitur etiam *a*
ante *e*. III Reg. VI, 1, מִנֵּה, Massor. *bischnonim*: C
illi, βισμονείμ. III Reg. VII, 48, מִנֵּה, Massor.
Eth-miabak: illi, ἐθμασβηή. l. ἐθμαζβηή. Unde infe-
ras hodiernum illud hhiriq ante scheva frequentius a
veteribus illis per *a* legi. Origenes tamen ad Gen. xxxii
duo suppeditat exempla, ubi per *i* legitur, nempe διερη
αλαμίμ et μεσλώθ, pro μεσλή. מִנֵּה דברי הימים. Sed
hæc et fortasse similia exempla quæ aliunde sup-
peditari possunt, ab hebraizantibus posteriorum

temporum, inducta fuisse suspicari fas est, quare
peroptarem ut hæc cum mss. conferrentur.

Circa litteram *h* hholem, schurck et cametshba-
tuph hæc observavimus. *h* initiale schevatum per-
inde atque schourec solent per *o* exprimere, ne-
glecto scheva hodierno. Sic psalmo XLVIII, 4, מִנֵּה,
Massoretæ, *vehaguth*; illi ούαγυθ, *h* pro *h* ut non in-
frequentius accidit. Isai. XXVI, 2, מִנֵּה, Massor.
veiabo; illi, ούαβώ. Malachia II, 13, מִנֵּה Massor.
vezoth; illi, ούζώθ. Ibid. מִנֵּה, Massor. *vela-
kahlath*; illi, ούλακέθ.

Etiamsi vero *h* initiale, utpote conversivum fu-
turi in præteritum, Massoretico ritu afficiatur pa-
tali, per *ov* tantum redditur ab antiquis illis inter-
pretibus *ion* expresso patali; sic ούακρά legunt
pro מִנֵּה, non ούακρά, ούαδθρ pro ούαδδθρ,
etiamsi in Bibliis Latinis hodiernis *Vaicra* et
Vaieddabber legatur initio librorum Levitici et Nu-
merorum. Similiter IV Reg. IV, 33, ούεγάρ pro
מִנֵּה, non ούεγάρ.

Hholem vero sive plenum, sive deficiens, necnon
hhateph camets, et camets hhathuph per *o*, et per
ω expressum reperitur: idque fortasse vitio libra-
riorum qui hæc litteras confundere solent, ma-
xime in vocibus peregrinis.

Schurck et Kibbus per *ov*, etiamsi non semel per
o vel per *ω* exprimantur. Cujusmodi est vox מִנֵּה,
operire, infinitivum quiescentium Lamed He, quæ
exprimitur γεσσούθ in codice Barberino.

Hæc de veterum legendi more paucis prælibare
visum est. Hinc porro videas difficile esse pro le-
ctione veterum certas regulas tradere, cum illi non
modo a recentioribus, sed etiam ab æquæhæc et
coævæ suis in ratione pronuntiandi differant. Cæ-
terum ex iis quæ supra tradidimus, illa verisimi-
liora videntur esse quæ pluribus exemplis asserun-
tur. Reliqua vero Lectoris eruditū iudicio permit-
tinus.

CAPUT TERTIUM.

De Historia LXX vel LXXII Interpretum, quæ Aristææ nomine circumfertur.

I. Aristææ historia: compendium. II. Quid de hac historia dixerint Aristobulus et Philo Judæus. III. Quid Josephus
IV. Quam longe ab Aristææ narratione aberraverit Justinus Martyr, et quinam ipsum secuti sint. V. Epiphanius longe
diversa ab Aristææ et a cæteris refert. VI. Tota controversia in tres quæstiones dividitur. VII. Probatur Aristææ exem-
plaria quæ supersunt, genuina, cæterorum autem additamenta respuenda esse. VIII. Post Hieronymum asseritur.
LXX vel eos qui Pentateuchum translulerunt, non reliqua interpretatos esse. IX. Utrum Aristææ primigenia histo-
ria vera sit, an ficta et supposititia: afferuntur argumenta utrinque. X. Disputationis conclusio.

I. Aristææ historia: compendium.

Quæ ad historiam Aristææ spectant, tot plena
difficultatibus, tot agitata questionibus sunt, ut si
luberet omnia prolixè tractare, singulorumque sen-
tentias expendere, longius a proposito nostro abdu-
ceremur: quia tamen eorum notitia intelligendis
iis quæ de editione τῶν Ὁ hexaplari infra dicturi

D sumus, prorsus necessaria videtur, rem ita com-
pendio explanare statuimus, ut nihil debeat ultra
studiosus lector desiderare.

Aristææ epistola ad Philocratem, quæ hactenus
exstat, et eruditorum manibus teritur, minutatim re-
censet ea quæ jussu sumptibusque Ptolemæi Ægypti
regis, pro interpretandis ex Hebraico in Græcum sacris

Scripturis, gesta sunt. Hæc autem συνοπτικῶς proferimus.

Demetrius Phalereus, bibliothecæ Ptolemæi Philadelphi, Ægypti regis, præfectus, conquisitis undique libris, eam usque adeo auxerat, ut plusquam ducenta voluminum millia complecteretur. Quod cum scisciant regi, præsentem tum Aristeam, renuntiaret, adjecit effecturum se ut brevi ad quingenta millia librorum numerus pertingeret, atque se narratu quorundam comperisse, Judæorum leges dignas esse quæ in ejus bibliotheca reponerentur, dummodo ex Syriaca lingua (ita vocabant multi, sed iis repugnat Demetrius) qua conscripta erant, in Græcam converterentur. Nec mora, rex decrevit ad summum pontificem scribere, ut quæ in optatis erant assequeretur. Tum Aristeas ea de quibus jam Sosibium Tarentinum et Andream regiorum custodum principes allocutus sæpe fuerat, regi aperit; nimirum par esse ut missurus ad summum pontificem legatos qui Judæorum libros afferrent, Judæos omnes, qui a patre ipsius in captivitate abducti fuerant, liberos remittat in patriam. Percontatus rex quot Judæorum millia in Ægypto servituti addicta essent, plus quam centum millia esse, referente Andrea, audivit. Hinc converso in hilaritatem vultu rex jussit liberos dimitti Judæos omnes, tum eos qui a patre ipsius, tum etiam alios qui antea in servitute abducti fuerant, tradique dominis, qui hujusmodi famulitio utebantur, pro singulis capitibus viginti drachmas. Summa porro regii muneris fuit 660 talentorum.

Demetrius Phalereus postea libellum dat regi, quo auctor est ut petat a summo Judæorum sacerdote Eleazaro sex ex quaque tribu senes, honestate vitæ et peritia legum præstantes, ut plurimum interpretatio fide dignior habeatur. Rex oratores mittit Andream et Aristeam nostrum cum præstantissimis muneribus, quæ ibidem recensentur, et litteris regiis, ubi de Judæis a servitute redemptis, de mittendis ad interpretationem Scripturæ senibus, deque missis muneribus agitur. Has litteras excipit epistola Eleazari ad Ptolemæum, ubi in gratiam beneficiorum fausta regi Arsinoeque uxori et filiis apprecatur, et ex singulis tribubus senes sex interpretandis Scripturis se mittere profitetur. Deinde senum cujusque tribus nomina referuntur. Donorum postea forma præstantiaque fuse describitur. Sequitur narratio eorum quæ Jerosolymis Aristeas observaverat, Jerosolymorum nempe situm, templi Jerosolymitani formam, sacerdotum item ministerium, Eleazari sacerdotum principis sacra tractantis cultum, arcis Hierosolymitanæ situm, urbis totius ambitum, agri et regionis fecunditatem, fructuum copiam et varietatem. Jordanem fluvium instar Nili exundantem terrasque irrigantem exhibet Aristeas, eaque in re falsi arguitur a multis.

Sub hæc de senibus ab Eleazaro ex quaque tribu selectis agitur: hi utriusque linguæ, Hebraicæ nimirum et Græcæ, peritissimi, et legum scientia cla-

rissimi perhibentur. Postea de recta morum institutione, de vanitate deorum gentilium, de legis Moisaicæ præstantia excellentiaque multa edisserit Eleazarus. Hinc oblato sacrificio oratores, et una LXXII a se delectos viros cum litteris ad regem dimittit. Rex, qui venturos expectabat, eosdem perhumaniter excepit, deinde exhibitas sibi membranas ubi lex aureis litteris descripta erat, venerabilis septies adoravit, ac præ gaudio lacrymatus est; et quia eodem tempore victoria navali adversus Antigonum potitus erat, eum sibi diem solemnem et faustum quotannis fore denuntiavit, virosque eodem ipso die ad lautam cœnam invitavit. Accumbentes secum senes variis ad vitam instituendam regnumque moderandum quæstionibus provocat, quarum singulis senes per ordinem interrogati sapientissime responderunt, ita ut septem dierum spatio, repetito eodem cœnæ more, LXXII senum singulatis sententias exceperit, ac cujusque dictum laudibus celebravit, demumque singulis talenta tria dono obtulerit.

Elapso post convivia triduo, senes a Demetrio ad proximam insulam deducuntur, et in splendida domo locati, quotidie ad nonam usque horam legis interpretationi dabant operam, Demetrio scribæ munere fungente. Atque etiam quotidie bene mane veniebant in aulam, et salutato rege redibant in locum suum. Sicque collatis exemplaribus, unaque congregati, septuaginta duorum dierum spatio interpretationem absolvunt. Demetrius totam interpretationem Judæis omnibus tum præsentibus recitavit, qui summis eam laudibus prosecuti sunt. Tum omnium consensu, suadente Demetrio, diras imprecati sunt iis qui huic versioni aliquid addere, vel demere, vel in ea quidpiam immutare ausuri essent.

Rex, fausto rei exitu lætus, et post lectionem legislatoris sapientiam admiratus, sciscitatur cur poetæ et historiographi nullam tanti operis mentionem fecerint. Respondet Demetrius sanctissimam legem non potuisse sine periculo in scriptis exterorum usurpari. Theopompum enim et Theodectem, qui id aggressi fuerant, divinitus immissis pœnis coercitos fuisse. His auditis rex legem religiosa veneratione prosecutus est, eamque jussit summo studio asservari, senesque rogavit ut in posterum se crebrius convenirent, ipsosque cum donis et amplissimis muneribus Eleazaro summo pontifici destinatis, domum remisit.

En totam Aristeæ et LXX Interpretum historiam. Licet autem hinc hausisse putentur quotquot id em argumentum pertractarunt, attamen illi tum a se mutuo, tum ab Aristeâ illo, quem modo retulimus, multum differunt.

II. Quid de hac Historia dixerint Aristobulus et Philo Judæus.

Qui primus Aristeæ Historiam memoravit, tacito tamen Aristeæ nomine, est Aristobulus, ab Eusebio Cæsariensi allatus (*Præp. evang.* p. 664), qui de

Scripturæ Hebraicæ interpretatione jussu Ptolemæi Philadelphi, curante Demetrio Phalereo facta, carptim loquitur. Hunc quidam sub Ptolemæo Philadelpho, plures sub Philometore, alii sub postremis Ptolemæorum vixisse arbitrantur. Nec desunt qui fragmenta Aristobuli ab Eusebio allata, ex operibus supposititiis, et prima Christianæ rei ætate confectis, desumpta esse putent.

Philo Judæus in *Vita. Mosis*, lib. II, Historiam LXX Interpretum commemorat, ac primo dicit Ptolemæum Philadelphum, quem summis laudibus extollit, pro interpretatione Scripturarum adornanda misisse ad summum sacerdotem et regem Judææ, qui unus et idem erat, Ἐξέπεμπε πρὸς τὸν τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερέα καὶ βασιλέα· ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν. Ille vero peritissimos quosque delegit, qui de Chaldaica in Græcam linguam (sic ille) legem converterent. De numero autem interpretum nihil uspiam tradit Philo. Pergit vero deinde, atque interpretes in occulto nemineque præsentē, versionem suam edidisse. Cum autem in Pharo insula hæc interpretatio facta fuisset, testificatur Philo ad suum usque tempus hujuscæ tantæ rei memoriam quotannis celebrari; ita ut non modo Judæi, sed etiam alii, in eam insulam transmeantes, gratiarum actionibus et convivii tantum beneficium recolerent.

III. Quid Josephus.

Josephus (*Antiquit. Jud.* lib. XII, 2), qui se eaque tradit ex Aristeæ ipso mutuatum profiteretur, stylum Aristeæ omnino mutavit, ita ut etiam epistolæ variorum, quæ in historia eadem comparent, longe alia verborum serie describat. Nec modo verba, sed et res ipsas aliquando commutat, multa detrahit, non pauca de suo adjicit. Attamen eodem ipso exemplari, quo hodiernus Aristeas ad nos usque transmissus est, usus fuisse videtur; licet enim plurimum variet in recensione; id ex more suo fecit, Scripturas enim sacras, quibus fere per totam Historiam utitur, paribus mutationibus passim variavit.

IV. Quam longe ab Aristeæ narratione aberraverit Justinus Martyr.

Justinus Martyr, *Admonitione ad Græcos*, longe alia narravit. Ait quippe Ptolemæum Ægypti regem cum bibliothecam Alexandriæ pararet, et libros undique comportari curaret, audivisse antiquas historias Hebraicis litteris conscriptas superesse, ac legendi cupidum, septuaginta viros Hebraicæ et Græcæ linguæ peritos accersivisse, qui interpretationem Græcam ederent, utque procul tumultu rem peragerent, LXX viris totidem cellulas seu domunculas costrui jussisse, eo consilio, ut quisque separatim inconsultisque aliis interpretationem adornaret: ministrisque ad eam rem destinatis præcepisse, ne ipsos mutuo colloquia inire permitterent, ut collatis postea interpretationibus, de eorum fide peritæque judicare posset. Cum autem eandem omnes, ac minimo quidem verborum discrimine, interpretationem peregrissent, stupefactum regem interpre-

tes quasi divinos homines muneribus cumulasse, domumque remisisse. In rei fidem Justinus testificatur se domuncularum hujusmodi rudera in Pharo insula ipsis oculis conspexisse, et ab indigenis quæ refert accepisse. Claudit demum, et lectorem remittit ad Philonem et ad Josephum, ubi tamen nulla cellularum mentio. In secunda vero *pro Christianis Apologia*, ait Ptolemæum regem, cum libros undique parandæ bibliothecæ comportari curaret, Herodem regem rogavisse, libros sibi prophetiarum transmitteret: ac cum Hebraicos libros legere non posset, rursus ab eodem interpretes postulasse, qui Hebraica Græcæ converterent, etc. Sic ille immanem profert anachronismum; nam Herodes annis circiter ducentis quinquaginta post Ptolemæi Philadelphi obitum regnare cœpit.

Eandem porro, quam Justinus, cellularum historiam refert Cyrillus Hierosolymitanus. At qui proxime post Justinum scripserunt, Irenæus, Tertullianus et Clemens Alexandrinus, de Historia LXX interpretum pauca locuti, nihil de cellulis hujusmodi naraverunt: ex quibus Irenæus et Clemens Alexandrinus versionem eorum divino afflante Spiritu factam asseverant. Eusebius vero *De præparatione evangelica*, lib. VIII, Aristeæ maximam partem refert, et cum exemplaribus hodiernis ut plurimum consentit.

V. Epiphanius longe diversa ab Aristeæ et a cæteris refert.

Denique Epiphanius longe alia quam cæteri refert. Et quia ejus narratio a multis pro verissima et sincerissima omnium habita est, eam hic referre non gravabimur. In libro *De mensuris et ponderibus* sub initium, postquam editionis τὸν Ὁ præstantiam prædicavit, eamque non sine sancti Spiritus afflatu factam asseruit, sic prosequitur:

« Duo enim ac LXX viri in Pharo insula, quæ Terra superior dicitur, e regione urbis Alexandriæ, in sex et triginta domunculis sive cellulis, bini scilicet in singulis, a primo diluculo usque in vespeream concludebantur. Vespere autem triginta sex scaphis in Ptolemæi Philadelphi palatium transvecti, ad ejus epulas adhibebantur. Tum bini in triginta sex cubiculis dormiebant, ne mutuo colloquia miscere possent, sed sibi propriam nec ab aliis acceptam interpretationem ederent (ἀλλ' ἀνοθεύτως ἐρμηνεύσαι). Ptolemæus enim triginta sex illas, quas dixi, domunculas in insula paravit, easque duplices, in quibus binos conclusit, duosque famulos, qui cibos pararent ipsisque ministrarent, simulque tachygraphos sive notarios. In illis porro domunculis, nulla parietibus fenestras effecit; sed e tecto superne illas aperuit, quas anaphotidas vocant. Hoc illi modo a primo diluculo ad vespeream obseratis foribus (ὅπῃ κλειδα) inclusi sacras litteras transtulerunt. Unicuique vero interpretum pari liber unus tradebatur; exempli causa, Genesis uni; Exodus alteri, Leviticus alii: atque ita cæteri. Sic porro viginti septem sacre Scripturæ libri, qui duo

et viginti secundum alphabetum Hebraicum numerantur, Græcum in sermonem conversi sunt.

Habent enim Hebræi 22 litteras, e quibus quinque duplicantur, Caph, Mem, Nun, Phi, et Aleph. cum morem cum libri hac ratione viginti duo numerentur, septem ac viginti reperiuntur, quod ex his quinque duplicentur, etc.

igitur septem et viginti illi libri, qui viginti duo numerantur., eo quem dixi modo per ordinem unicuique interpretum pari traditi sunt, scilicet a primo pariter ad secundum, a secundo ad tertium transierunt, donec sexies ac tricesies singuli Græce conversi sunt, ut quidem narratur. His viginti duo addendi sunt apocryphi.

Postremo absolutis omnibus, rex in sublimi solio cœdit: aderant triginta sex lectores cum triginta sex exemplaribus, et alter qui Hebraicum antigraphum tenebat. Uno legente aliisque attendentibus, nihil repertum est discriminis. Sed admirandum Dei opus accidit, ut notum esset, viros dono Spiritus sancti præditos, in illa solitudine consensisse; ita ut ubicunque aliquid addebatur, ab omnibus simul adderetur; et ubi demebatur, ab omnibus pariter demeretur. Et quidquid ademptum erat, incutile; quidquid vero relictum, necessarium esse deprehendebatur. Ut autem cognoscas eos mirum in modum, et ex Dei providentia, exque Spiritus sancti consensu interpretatos esse, exemplum tibi proferam, » etc.

Sub hac autem Epiphanius rem a principio repetens ait: Ptolemæum Philadelphum, φιλόκαλον, καὶ φιλόλογον, in ea urbis parte quæ Bruchium appellabatur, bibliothecam instituisse, eique Demetrium Phalereum præposuisse, qui cum magnam librorum omnis generis suppellectilem comparasset, sciscitanti regi quot librorum millia collegisset, jam quinquaginta quatuor millia cum octingentis haberi dixit: superesse tamen longe plures in orbe terrarum apud Æthiopas, Indos, Persas, Elamitas, Babylonios, Assyrios, Chaldæos, Romanos, Phœnicas, Syros et Græcos. Esseque præterea Hierosolymis et apud Judæos libros prophetarum, eosque divinos, qui de Deo et de mundi creatione edisseriebant, quos hortatus est regem ut accerseret, eaque de causa ad doctores Hierosolymitanos scriberet. Cui rex morem gerens, epistolam Hierosolymitanis, ab Aristeanis omnibus longe diversam, scripsit, quæ ἀποδείξει ab Epiphania afferitur. In ea postulat rex ad se transmitti prophetarum libros, ut in bibliotheca sua reponerentur: in memoriam revocat præterita beneficia, quo pacto scilicet multos Judæorum populares in bello captos et in Ægyptum deportatos, liberos cum viatico dimiserit. Nunc autem mensam auream lapidibus pretiosis ornatam pondo quingentorum talentorum cum aliis muneribus mittere, ut voti compos efficeretur.

Missos postea libros Hebraice scriptos cum legere non posset, secundo scribere et interpretes petere coepit. Secundam postea affert Epiphanius

epistolam, Aristeanis dissimilem, licet Aristeam, vel Aristeum (sic ille) sibi auctorem profiteatur, ubi Ptolemæus interpretes Hebraice Græceque peritissimos postulat, qui libros sacros de Hebraice in Græcum convertant. Hebræorum magistri, delectu habito, septuaginta duos interpretes designant sex videlicet ex singulis tribubus, qui in Pharo insula, eo quo supra dictum est modo, sacros codice interpretati sunt. Quo peracto, libri illi in Græcum translati in priore bibliotheca, quæ in Bruchio fundata est, repositi sunt. Post hæc alia rursus in Serapio bibliotheca constituta est, longe illa minor, quæ hujus filia dicebatur, in quam Aquilæ, Symmachi, Theodotionis et aliorum editiones congestæ sunt post annos 250. Hactenus Epiphanius.

VI. *Tota controversia in tres questiones dividitur.*

Ilac porro conspecta narrationum varietate, nemo mirabitur hinc tanta opinionum divortia facta esse. Licet autem nulla fere ex præmissis narrationibus cum altera plane consentiat; sed unaquæque vel in majoris momenti rebus, vel in minusculis differat ab aliis; attamen in tres præcipuas questiones potest tota controversia reduci, nimirum, utra ex narrationibus γνήσιος sive primigenia sit; an ea quæ Aristæa nomine hodieque circumfertur, quæque senes una congregatos interpretationem adornasse perhibet, nulla facta mentione peculiaris Spiritus sancti afflatus; an vero ea quæ senes sive solos in septuaginta cellulis, sive binos in triginta sex domunculis inclusos, affante Numine interpretatos esse commemorat. Altera quæstio, an LXX Interpretes, vel qui priores Scripturam sacram de Hebraico in Græcum converterunt, solam Legem, vel Pentateuchum, an etiam reliquos libros interpretati sint. Tertia demum an Historia Aristæa, sive ut primo prodiit, sive ut postea a Justino, et aliquot post sæculis ab Epiphania allata est, vera sit, an conficta et supposititia.

VII. *Probatur Aristæa exemplaria quæ supersunt genuina, cæterorum autem additamenta respicienda esse.*

Quod ad primam quæstionem attinet, certum est alterutram ex narrationibus adulteratam fuisse; aut videlicet eam quæ septuaginta duos senes simul congregatos, mutuoque colloquia miscentes, interpretationem illam edidisse perhibet, aut eam quæ illos in septuaginta cellulis separatos, aut binos in triginta sex domunculis inclusos, ut narrat Epiphanius, Scripturam affante Numine, ut ex mirabili omnium consensu probatum est, vertisse commemorat. (De aliis porro prope innumeris varietatibus, quæ inter narrationes illas intercedunt, brevitate causa consulto tacemus.) Pro hac postrema sententia stant Justinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Epiphanius, licet in numero cellularum variet, Chrysostomus, Augustinus: quibus accenseri possunt Irenæus et Clemens Alexandrinus, qui licet de LXX cellulis nihil habeant, interpretationem tamen illam Spiritus sancti afflatu et inspiratione factam asseve-

rant. Ex recentioribus autem Leo Castrius, Alphon-
sus Salmeron, alique, eandem sententiam amplectuntur, qui narrationem Aristæ, qualis in hodiernis exemplaribus habetur, vitiatam et adulteratam; alteram vero de cellulis et de mirabili interpretatione veram germanamque esse pugnant.

Huic porro sententiæ refragatur Hieronymus, qui cellularum historiam mendacii arguit, et LXX Senes affante Numine interpretatos esse negat. Sic ille prologo in Genesis: *Et nescio quis primus autor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo exstraxerit, quibus divisi eadem scriptitent, cum Aristæus, ejusdem Ptolomæi ὑπερασπιστής, et multo post tempore Josephus, nihil tale retulerint: sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud esse iat-pretem. Ibi Spiritus ventura prædicit; hic eruditio et verborum copia ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius Œconomicum Xenophontis et Platonis Protagoram, et Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta, aliter per apostolos Spiritus sanctus testimonia texuit; ut quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint.*

Quæ postrema Hieronymi verba ut intelligas, scias oportet multa in Scripturis esse quæ LXX Interpretes vel prætermiserant, vel consulto tacuerant, quæ ab evangelistis et ab apostolis afferuntur. Quod eodem Prologo in Genesis affirmat Hieronymus, et passim in Commentariis, maximeque in *Jeremiam*. Sententiam porro Hieronymi amplectuntur plerique omnes hodierni eruditi viri; et putant cellularum historiam, mirabilemque illum consensum, ac Spiritus sancti afflatum, omnino supposititia esse. Certe Justinus Martyr, qui primus cellularum, et mirabilis Senum consensus historiam texuit, id ex rumore vulgi acceperat, ut ipse profitetur in *Admonitione ad Græcos*: *Αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἔχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἔωραχότες ἐπὶ σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ, ὡς τὰ πατρια παρελιφθέντων, ἀκηκοότες, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν· ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἐξεστὶν ὁμὴν μαθάνειν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, Φιλωνός τε, Ἰωσήπου καὶ ἑτέρων πλειόνων.* Id est: *Ipsi qui Alexandriæ fuimus,*

et vestigia domuncularum in Pharo adhuc residua vidimus, et ab incolis, qui rem a majoribus acceperant, audivimus, hæc annuntiamus: quæ ex aliis quoque ediscere potestis, ac potissimum ex iis, qui hæc enarraverunt, Philone, Josepho aliisque pluribus. Hinc sane conspicias ex populari fama loqui Justinum Martyrem, cum de cellulis et de miraculo tanto verba facit; nam Philo et Josephus, quos allegat, ne verbum quidem de cellulis et de mirabili interpretum consensu habent. Probabile igitur est Justinum ea quæ de cellulis tradit, ex iisdem fontibus accepisse. ex quibus acceperat Ptolemæum ab Herode Judæorum rege interpretes vertendis Scripturis sacris postulasse. Qui Justinum secuti sunt,

A ejus auctoritate abrepti, explorandæ rei ne minimum quidem examen habuisse videntur. Epiphanius vero qui Justini narrationem in multis mutavit plurimamque adjecit, ex aliis fabulatoribus mutuatus putatur. Sane primigeniam Aristæ historiam eam esse quæ hodie in bibliothecis nostris exstat, suadet Josephus, qui licet eam, pro more suo, quoad stylum et seriem in non paucis mutaverit, quoad sensum tamen et res gestas presso vestigio sequitur; suadet item Eusebius, qui longissima Aristeanæ historiæ excerpta edidit in *Præparatione evangelicâ*: itemque Hieronymus, qui Aristæ quidem historiam agnoscit, sed additamenta posteriora reprobant.

VIII. Post Hieronymum asseritur LXX vel eos qui Pentateuchum transiulerunt, non reliqua interpretatos esse.

B Altera quæstio est, an LXX Interpretes, vel qui priores Scripturam sacram de Hebraico in Græcum converterunt, solam Legem seu Pentateuchum, an reliquos etiam libros interpretati sint. Ratio dubitandi hinc primum exorta est, quod qui LXX Interpretum historiam texuerunt, alii Legem tantum ab iis Græce conversam dicant, alii historias, alii Prophetas, Epiphanius universæ Scripturæ libros. Hieronymus vero *Comment. in Ezechielem* cap. xvi, § 15, ait eruditorum sui temporis opinionem esse, solos quinque libros Moysi a LXX versos fuisse. Ejus verba sunt: *Hoc in LXX non habetur, quæ forsitan Alexandriæ in Græcum sermonem Scripturas ex Hebraica veritate vertentes, timuerunt hoc edere, ne regem Ægypti viderentur offendere, dum a Deo Jerusalem debitum regnum esse commemorarent: quanquam eruditi solos quinque libros Moysi ab eis interpretatos esse putant.* Idem porro existimant eruditi hodierni, quotquot videlicet Hebraicum cum editione illa, quæ Septuaginta Interpretum dicitur, contulere. Nam qui Pentateuchum verterunt longe peritiores fuisse videntur iis qui cæteros Scripturæ libros Græce sunt interpretati: stylus omnino diversus est; verba sæpe longe disparata Hebraicis vocibus aptantur. Varietatis hujusmodi exempla multa proferre in promptu esset: verum quia res a doctis viris jam fuse ex professo agitata fuit, nobisque ad alia properantibus non licet his diutius immorari, destinatum carpinus iter.

IX. Utrum Aristæ primigenia historia vera sit, an conficta et supposititia, afferuntur argumenta utriusque.

Tertia demum quæstio, illaque gravissima est: num Aristæ historia, sive illa quæ jam ejus nomine circumfertur, doctorumque manibus teritur; sive illa quæ cum additamentis et mutationibus a Justino, vel ab Epiphanio affertur, vera ac sincera, an vero conficta et supposititia sit. Cum autem additamentis illis fidem esse denegandam jam supra demonstratum sit, restat ut de primigeniæ Aristeanæ historiæ fide nunc agamus. Historiam illam prorsus fictitiam et commentitiam esse pugnant multi viri doctissimi: ex Catholicis Henricus Valesius, quem

sequitur Joannes Bona cardinalis, itemque Ægidius Menagius et alii; ex heterodoxis Josephus Scalliger, Humfredus Hody in eruditissimo opere *contra Historiam Aristæ*, et novissime Antonius Van Dale in *Dissertatione super Historia Aristæ*; aliique quamplurimi.

Primo dicitur Aristeam illum, qui se et ortu et parentibus Græcum esse fingit, esse haud dubie Judæum Hellenistam, ut comprobant bene multa: exempli causa Judaicarum legum plena notitia, unius Dei cognitio, nulla admista Serapidis, Isidis aliorumque, qui tum maxime Alexandriae colebantur, deorum commemoratione. In ipsa narratione Hebraismi plurimi occurrunt: quæ omnia auctorem vere Judæum produunt.

Præterea objicitur, Demetrium Phalereum hic induci bibliothecæ regiae Ptolemæi Philadelphi præfectum, cum tamen Hermippus apud Diogenem Laertium narret, Demetrium Phalereum transfugam apud Ptolemæum Soterem Lagi filium, cum Ptolemæo Philadelpho adversatus esset, post mortem Lagidæ a Philadelpho relegatum fuisse, et morsu aspidis obiisse. Ad hæc Demetrius ille Phalereus, homo facundissimus, et sua ætate Atticæ eloquentiæ facile princeps; isque deorum cultor, pravis moribus luxuque perditus; hic ab Aristea exhibetur vix Græce imo barbare loquens in epistola quam scribit ad Philadelphum; unius Dei cultor, utpote qui Hebræorum legem pro divina omniumque sanctissima habeat, et diras imprecetur iis qui in translatione LXXII Interpretum aliquid addere, vel demere, vel immutare ausi fuerint. Erunt fortasse qui huic argumento occurri posse putabunt, ex Cosmæ Ægyptii nuper a nobis editi narratu. Is enim in *Topographia Christiana*, quam Justiniano imperante edidit, non Demetrium Phalereum, sed Tryphonem Phalereum sub Ptolemæo Philadelpho bibliothecæ regiae custodem fuisse dicit: qua admissa lectione, cadunt omnia illa argumenta, quæ stante Demetrio Phalereo alicujus momenti erant. At quid valeat hæc in re scriptoris unius, et quidem inferioris ævi, testimonium, quando omnes a principio, qui Aristeam meminere, Demetrium Phalereum habent. Certe nulli dubium esse potest primum illum Aristeam, Demetrium Phalereum item habuisse. Quare Cosmas Ægyptius vel memoria lapsus est, vel aliunde errorem est mutuatus.

Nec modo Demetrium Phalereum, sed etiam Ptolemæum ipsum Philadelphum, fratrum interfectorem, sororis conjugem, cujus mollities, luxuria, scelera, ab historicis celebrantur, ita pium legisque Mosaicæ cultorem exhibet Aristæas, ut regem Davidem vel Ezechiam dicas. Is allatas sibi Legis membranas, tanta veneratione prosecutus est, ut septies adoraret, ac præ gaudio lacrymaretur. Parum erga legem Mosaicam cultum exhibent Græci omnes, quotquot in Aristæana Historia memorantur, ut mira metamorphosi credas omnes qui huic negotio intersunt, derepente proselytos factos esse.

Laudatur Ptolemæi Evergetis (non Philadelphi, ut quidam dixerunt) liberalitas, quod Sophoclis, Euripidis et Æschyli exemplaria ab Atheniensibus mutuatus, ut exscribi curaret, reservatis sibi exemplaribus, apographa pulcherrima reddiderit, simulque summam quindecim talentorum, quam Atheniensibus oppigneraverat, iis in gratiam beneficii reliquerit. Sane quindecim talentorum summa tunc temporis magni habebatur; at quid dicas si, computatis omnibus quæ pro adipiscendis Legis exemplaribus a Philadelpho expensa sunt, captivorum videlicet pretio, donis Eleazaro, templo, senum cuilibet oblati, plus quam mille ducentorum talentorum summam reperias? Annon exhaustam plane gazam regiam inferas? Nemo negaverit hæc fabulam sapere.

Mirum etiam videatur quo pacto Eleazarus sex ex singulis tribubus viros, senes, bene moratos, doctos, Legis peritissimos, et utramque linguam, Hebræam scilicet et Græcam, apprime callentes, sic paratos et ad manum habuerit, ut rogatus statim miserit, cum tamen Eleazari tempore, vel nulla vel modica tribuum distinctio fuisse credatur.

Ad hæc victoriam illam de Antigono reportatam, eodem tempore quo LXXII senes Alexandriam advenere, ut narrat Aristæas, certum est multis ante annis, regnante videlicet Ptolemæo Lagi filio contigisse. Sunt et alia multa quæ contra Aristæanæ historiæ sinceritatem afferuntur: at postquam præcipua in medium adduximus, ab aliis recensendis compendii causa abstinendum putamus.

Alii pro Aristææ Historia stant, ejusque γρηγόρητα propugnare nituntur: ex Catholicis, Serarius, Gretserus, Paulus Pezronius, multique alii; ex heterodoxis, Brianus Waltonus, Isaac Vossius, aliique insignes viri. Non referam argumentum quod ex Patrum testimonio ad tutandam Aristæanæ Historiæ veritatem quidam afferunt. Nam cum SS. Patres Justinus, Irenæus, Clemens, Cyrillus Jerosolymitanus, eam præcipue hujus Historiæ partem propugnare videantur, quæ respicit cellulas, mirabilem Senum in interpretando consensum, et Spiritus sancti afflatum; quam tamen partem ut supposititiam et spuriam cum divo Hieronymo aliisque doctis rejecimus, non potest hic pro Aristæanæ Historiæ defensione Patrum illorum auctoritas opponi.

Verum aliud in medium adducam, quod sane validissimum putatur a multis. Aristæas, ut oculatus testis rem suo tempore, seque præsentem partesque suas agente, gestam enarrat; rem, inquam, usque adeo insignem et singularem, ut necessario debuerit omnium ore celebrari, nec facile ex hominum memoria obliterari poterit. Post Aristeam Aristobulus, vir insignis, vel ipsius Ptolemæi Philadelphi tempore, vel, ut alii existimant, sub Philometore Alexandriae scribit, et Aristæanæ Historiæ testimonio suo patrocinatur. Si ea falsa prorsusque supposititia fuisset, an poterat Aristobulo ipsis Ægypti regibus tunc familiari fucum facere, etiamsi ponatur

eum sub postremis Ptolemæorum floruisse? Alexander item Polyhistor, qui olympiade circiter centesima septuagesima tertia scripsit, laudat Aristææ ejusdem Historiam Judaicam; illam videlicet quam de LXXII Interpretibus scripsit, ut putant eruditi. Post eum Philo Historiam eandem paucis tangit, ac licet de numero Interpretum nihil habeat, quia rem carptim enarrat, videtur tamen ea quæ dixit ex Aristæa hausisse, post eum Josephus, ac demum Eusebius Aristæanam Historiam referunt eique patrocinantur. Nihil dicam de Justino et aliis, qui adulteratis exemplaribus sunt usi. Si qua possit historia sequentium temporum testimoniis confirmari, nihil sane huic deest, ut talem firmitatem adipiscatur.

Reponunt alii, Aristobuli et Alexandri Polyhistoris auctoritate id unum argui et probari, videlicet Aristææ Historiam ante horum scriptorum ætatem prodixisse: et Aristobulum quidem diu post Philadelphum vixisse; nam quod modo sub Philadelpho, modo sub Philometore scripsisse dicatur apud Eusebium; id Eusebii lapsu contigit, vel fortasse librorum, qui nomina commutarunt: nam Aristobulus ipse, Philadelphum ejus, ad quem scribit, Philometoris *πρόγονον* vocat, qua posita lectione, Philadelphi nomen mendose irrepisse vincitur, Aristobulumque utpote Judæum Hellenistam, historiam illam qua interpretatio Septuaginta Senum summopere commendabatur, lubenter amplexatum esse; et si *ῥητέων* agnoverit, in partem tamen fabulæ venisse: siquidem omnes Judæi Hellenistæ interpretationem illam summo in pretio habebant haberique volebant; Alexandrum Polyhistorum, si tamen vere de hac Aristææ Historia loqui voluerit, solum indicare illam prodixisse ante suum ævum, quod fere omnes fatentur: Philonem, Josephum et alios, ut solent oves gregariæ, priorum vestigiis hæsisse, nec examinasse veramne an supposititiam narrationem adoptarent; demum tam validas objectiones contra Aristæanam Historiam superius allatas, non posse scriptorum sequentium testimoniis evitari, quandoquidem multas quotidie narrationes deprehendimus esse supposititias, licet non a p

A sequentium modo sæculorum scriptoribus, sed etiam a cœvis et supparibus enarrentur.

X. Disputationis conclusio.

His diutius immorari quætionemque fusius exagitare non libet. Quædam solum nobis in confesso habenda, et pro veris tuenda sunt, nimirum interpretationem quæ τῶν O' seu LXX vocatur, sive illa a Septuaginta viris, sive a paucioribus facta fuerit, esse veram et sanctam fidei morumque normam, utpote quæ ab apostolis non semel adhibeatur, ac non modo in Ecclesia Græca pro vera Scriptura semper habita fuerit, sed etiam in Ecclesia Latina prioribus sæculis obtinuerit, quando scilicet vetus Itala quæ ex Græco LXX Interpretum facta fuerat, pro unica Scriptura sacra agnoscebatur, B antequam Hieronymus hodiernam Vulgatam adornaret; licet enim multa esset inter editiones quæ tunc in usu erant, varietas, omnes tamen editiones ex LXX manaverant; imo etiam hodie Psalmi ex eadem veteri Itala in Ecclesia Latina in Scripturæ sacræ catalogo locum habent; nihilque officere auctoritati editionis τῶν O' quod ejus auctor vel ignoretur, vel quisnam sit in dubium vocetur, quandoquidem nihil officiebat veteris Italæ auctoritati quod quo interprete prodixisset ignoraretur. Non enim ex interpretibus versiones auctoritatem mutabantur, sed ex approbatione et admissione Ecclesiæ.

Quod autem Hieronymus in editione τῶν O' multos nævos deprehenderit, ac multa secus quam oportebat de Hebraico Græce conversa redarguerit, id ejus editionis auctoritatem neutiquam minuit vel infirmat: ut alicubi fatetur et ipse Hieronymus: loca enim illa quæ Hieronymus reprehendit hujusmodi sunt, ut utrovis modo legas, æque pia sententia remaneat.

Pro certo item habemus cellularum historiam, mirabilem illum Seniorum consensum, et ea quæ inde consequuntur omnino supposititia esse, jureque ab Hieronymo reprobari. Itemque cum Hieronymo et eruditorum turba putamus interpretem Pentateuchi Græcum omnino diversum esse ab eo vel iis qui reliquos Scripturæ sacræ libros interpretati sunt.

CAPUT QUARTUM.

De LXX Interpretum versione, ut in Hexaplis erat.

I. De statu editionis τῶν O' antequam Origenes Hexapla adornaret. II. Origenes editionem τῶν O' emendatam cum asteriscis et obelis in Hexaplis posuit. III. De asteriscorum et obelorum usu in Hexaplis. IV. De temniscis et hypolemniscis. V. In hodiernis editionibus LXX Interpretum multa ex editione illa hexapliari desumpta deprehenduntur. VI. De mutationibus quæ ab Origenis tempore in editiones LXX Interpretum adjectæ sunt. VII. De iis etiam mutationibus quæ ex similitudine quarundam litterarum admixtæ sunt. VIII. De distinctione capitum et versiculorum antiquitus usurpata.

I. De statu editionis τῶν O' antequam Origenes Hexapla adornaret.

Certum quidem est editionem τῶν O' fidei morumque normam, in iis exemplaribus quæ in Ecclesia Dei admittabantur, nullam potuisse, in iis

saltem quæ ad fidem et mores pertinent, labem incurere. In cæteris vero parum cum aliis omnibus libris fortunam subiisse docet usus et experientia. Id jam Origenis tempore acciderat: exemplaria quippe Scripturæ, tum propter scribarum indiligen-

nam, inquit ille, tum propter quorundam audaciam, pravamque Scripturæ emendationem; tum etiam propter eos qui, dum corrigerent, quædam pro arbitrio addiderunt vel detraxerunt, multis in locis vitiata erant. Idipsum non semel testificatur etiam Hieronymus, qui adjicit, præter supra memoratas mutationum, additionum omissionumque causas, aliam a principio deprehendi: quia videlicet LXX Interpretes, sive ii qui prophetas primitus Græce transtulere, multa in Hebraico expressa, in sua interpretatione consulto prætermiserunt, quod existimarent Græcorum aliarumque ἀμυγτων nationum oculis non exponenda esse. His omnibus ut medicam manum admovent Origenes, ex aliis editionibus errata quæ in LXX Interpretum translatione occurrebant, emendavit, omissa adjecit, redundantia amputavit; ea tamen cautela atque scrupulo ut, relicta priori lectione, quæ addenda vel mutanda erant asteriscis notaret; quæ amputanda, obelis.

Nec ab re erit hic omnes Scripturæ libros percurrere, ut quid in singulis ab Origene præstitum fuerit uno intuitu possit studiosus lector carptim observare. In Genesi, ut ex iis quæ supersunt fragmentis existimare licet, non tot mutationes factæ sunt quot in aliis bene multis Scripturæ libris, neque tantam asteriscorum turbam adhibuit Origenes quantam in sequentibus. In Exodo longe plura addidit et mutavit: nam præterquam quod cap. xxviii, sex integros versus, in LXX non accurate positos, cum asteriscis adjecit; insuper a capite xxxvi ad finem usque libri omnia quæ in translatione τῶν Ὁ sus deque versa erant, additis obelis et asteriscis, suo ordini restituit, ut fusius in nota ad caput xxxvi ex antiquo Basiliensi codice desumpta, narratur. Libri Levitici, Numerorum ac Deuteronomii, pari pene erant atque Genesis conditione. In libros Josue et Judicum innumeræ pene ab Origene mutationes adjectæ sunt: ibi passim asterisci pro omissionis, et obeli pro adjectis observabantur. In libris Regum instaurandis Origenis nostri desudavit industria: in his enim multa loca emendatione opus habebant; maxime autem libro iii, ubi historiæ non paucæ suis sedibus ejectæ peregrinis in locis versabantur. In libris Paralipomenon quid ab Origene præstitum fuerit non ita facile est iudicare, quoniam in hac Scripturæ parte paucissima Hexaplorum supersunt fragmenta. In libro Job octingenti circiter versiculi variis in locis desiderabantur, quos ex aliorum interpretationibus, cum asteriscis adjecit Origenes. Tanti vero defectus causa, si augurari liceat, hinc petenda est, quod tam obscuri libri vertendi difficultate deterriti interpretes, multa prætermiserint. In Psalmis vero, qui omnium manibus terebantur, longe pauciora quam in libro Job addita et detracta sunt: non rari tamen ibi erant obeli et asterisci. In Proverbiis non tanta fuisse videtur asteriscorum et obelorum turba, nisi circa finem, ubi quædam præpostere posita occurrebant.

A In Ecclesiaste plurima cum asteriscis adjecta fuere, quorum pars non minima in editionibus τῶν Ὁ ho-diernis remansit, ut infra dicturi sumus. In Canticis, ut quidem arbitramur, non multa erant obelis et asteriscis notata. In Hesaia quid Origenes addiderit cum asteriscis, quid demendum significaverit cum nota obeli, quisque videre potest in editione Procopii in Hesaia, a Joanne Curterio adornata, ubi, etiamsi bene multa hujuscemodi compareant, pauca tamen existimabuntur, si comparentur cum iis quæ in Jeremia et Ezechiele occurrebant: in Jeremia quippe multa a LXX Interpretibus omnia, cum asteriscis ex Theodotione addita fuere: plurimaque insuper a capite xxv, usque ad finem, transposita et confusa, nativo ordini restituta sunt: B in Ezechiele innumera a Senioribus illis prætermis- ssa cum asteriscis addita fuere. Si quis vero formam trium prophetarum, Hesaia, Jeremia et Ezechielis secundum editionem τῶν Ὁ hexaplarum conspiciere voluerit, adeat vetustissimum codicem Prophetarum, ubi illa τῶν Ὁ editio hexaplaris representatur. In editione τῶν Ὁ Danielis prophetæ, quædam addidisse cum asteriscis, quædam obelo notasse Origenem, ait Hieronymus. Sed quia, ut arbitrantur eruditi, in editione illa lacunæ frequentiores aderant, pro ea substituit Theodotionem, qui solus, ut testificatur Hieronymus, in Ecclesiis postea legebatur. In duodecim prophetis minoribus pauca adnotavit Origenes.

C II. Origenes editionem τῶν Ὁ emendatam cum asteriscis et obelis in Hexaplis posuit.

Quod autem editionem LXX Interpretum illam, quæ in Hexaplis posita erat, asteriscis, ubi quid additum fuerat, et obelis ad superflua notanda distinxerit Origenes, clare docet Hieronymus, epistola ad Suniam et Fretelam: In quo, ait, illud breviter admoneo, ut sciatis aliam esse editionem, quam Origenes et Cæsariensis Eusebius, omnesque Græciæ tractatores κοινήν, id est communem atque vulgatam, et a plerisque nunc Λουκιανός dicitur; aliam LXX Interpretum, quæ et in Ἑξαπλοῖς codicibus reperitur, et a nobis in Latinum sermonem fideliter versa est, et Jerosolymæ atque in Orientis Ecclesiis decantatur. . . Κοινή autem ista, hoc est communis editio, ipsa est quæ et LXX. Sed hoc interest inter utramque, quod κοινή pro locis et temporibus, et pro voluntate scriptorum, vetus corrupta editio est; ea autem quæ habetur in Ἑξαπλοῖς, et quam nos vertimus, ipsa est quæ in eruditorum libris incorrupta et immaculata LXX Interpretum translatio reservatur. Quidquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est quin ita et ab Hebræorum auctoritate discordet. Igitur editio LXX Interpretum hexaplaris illa erat quæ ab Origene ad exemplar Hebraicum emendata fuerat, et pura atque immaculata, ab Hebræorum auctoritate non discordabat: illaque asteriscis et obelis distincta erat: quoniam in iis Scripturæ partibus, ab Hieronymo ad fidem editionis illius hexaplaris Latine conversis,

quæ hodieque supersunt, in Job videlicet atque in Psalmis, asterisci et obeli conspiciuntur, ut quisque videre potest in editione Joan. Martianæi nostri. Hæc accedit nota codicis Basiliensis sæculi x, in eorum marginibus Hexaplorum lectiones ac notæ prima manu descriptæ fuere. Sic autem habet Ecolii cap. xxxvi : Ἐνταῦθα σοι γενομένου πάρεστιν ἑρῆν πολλῶν τὴν διαφωρίαν τῆς τε προκειμένης, καὶ τῆς ἐν Ἐξαπλοῖς ἀναφερομένης εἰς τοὺς Ὅ· καὶ οὐ πῶς φημι ὡς τοῖς κατῆστερισμένοις ταύτης ἐκείνη διαφέρει· πολλαχοῦ γὰρ ταύτης τούτοις παραλλάσσει· ἀλλ' ὅτι· καὶ ἐν τούτοις μάλλον ἢ κατὰ τὸ ἄλλο τῆς Γραφῆς ἰσάφως ἐνταῦθα πλεονάζει, καὶ ἂ μὴ οἱ ἀστερίσκοι ἠελῶσι παριδεῖν τοὺς Ὅ· κἄν τούτοις οὐδὲν ἔλαττον τὸ τῆς παραλλαγῆς εἶδος οἰκειούται. Id est : Cum hæc adreueris, multam deprehendes dissonantiam iater hanc Scripturam et eam quæ in Hexaplis habetur in Septuaginta Interpretum versione : neque solum dico illam, quoad ea quæ asteriscis notantur ab hac differre, siquidem et in his illa sæpe ab hac dissonat ; imo vero his (asteriscis) multo magis abundat, quam alius Scripturæ textus ; sed etiam in iis quæ asterisci non notant a LXX Interpretibus omissa fuisset, non minor differentia deprehenditur. Hæc ad verbum retulimus contra quosdam nuperos, qui existimant notas illas obelorum et asteriscorum non in editione τῶν Ὅ hexaplarum positas fuisse ab Origene, sed in alia seorsim adornata. Verum his tam apertis testimoniis eorum qui Hexapla tractaverant, refragari non licet ; quibus ad maiorem fidem aliud adjicimus ex notis ad caput xiv libri terti Regum, ubi sic legitur : Μετὰ τοῦτο ἐν τῷ Ἐξαπλῷ κεῖται τὰ κατὰ τὴν νόσον καὶ τὴν τελευταίην Ἰσραὴλ τοῦ υἱοῦ Ἰεροβοάμ, μετὰ ἀστερίσκων. Id est : Postea in Hexaplis jacet ea, quæ spectant ad agritudinem et mor em Abiæ, filii Jeroboam, cum asteriscis. Quid clarius ? Hæc vero nota prodit ex antiquissimo codice Romano, qui vel exscriptus fuit cum Hexapla superessent ; vel ex alio codice ad fidem Hexaplorum exscripto, manavit. Plura proferre possemus : sed hæc erunt, ut spero, satis.

III. De asteriscorum et obelorum usu in Hexaplis.

Asteriscos et obelos in editione LXX Interpretum hexaplarum usurpavit Origenes, ut quid ibi addendum vel demendum esset indicaret : quod tanta religione præstitit, ut quod adjectum erat præfixo asterisco, sic ✕, et postpositis duobus punctis crassioribus hæc forma : statim emineret : quod vero expungendum putabatur, præmisso obelo hæc forma + et postpositis duobus in fine punctis : in serie tamen, his notis distinctum, remaneret. Hoc autem artificio vetus illa κοινή seu vulgata LXX Interpretum editio, intacta simul et emendata conspiciebatur : exceptis tamen iis locis ubi ordo Scripturæ perturbatus erat, ita ut multa præpostere ponerentur : ibidem Origenes germanam et ad exemplar Hebraicum accommodatam seriem restituerat. Quæ post asteriscum ponebantur, ex editione Theodotionis et plurimum excerpta erant ; non infrequenter ex

Aquila ; interdum, sed rarius, ex Symmacho ; nonnunquam ex duobus vel ex tribus simul. Exempli causa : Job xxxii, 12, ✕ Θ. καὶ μέχρι ὑμῶν συνήσω· καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν τῷ Ἰωὴ ἐλέγχων, ἀντα✕ ποκρινόμενος ῥήματα αὐτοῦ ἐξ ὑμῶν· ἵνα μὴ εἴπῃτε· Ἐύρωμεν σοφίαν τοῦ Θεοῦ προσθέμενοι : ubi animadvertas, cum aliquid vel ex Theodotione vel ex aliis adjiceretur, si id initio, sive in medio, sive in fine lineæ jaceret, præmisso semper asterisco additum fuisse, appositis post additamentum duobus punctis. Si vero additamentum illud ad plures lineas extraheretur, initio cujuslibet lineæ asteriscus appingebatur donec totum desineret, ibique duo puncta crassiora de more ponebantur : quæ tamen plerumque negliguntur in manuscriptis, præsertim quando additamenta hujusmodi longiuscula sunt : qua in re codicum morem religiose secuti sumus. In iis quæ ex Theodotione excerpta erant, frequenter ab eis librariis qui Hexaplorum lectiones in marginibus Bibliorum describebant, sic ✕ Ὅ· Θ. vel ✕ Θ· Ὅ· ponebatur : id vero significabat in τούτοις Ὅ reperiri ex Theodotione desumptum. Sic Job xxxiv, 25, ✕ Θ· Ὅ· γνωρίζων αὐτῶν τὰ ἔργα, etc. Similiter ex Aquila sumebatur lectio : sic Jerem. xxii, 24, ✕ Α· ὄτι : Aliquando ex Symmacho, Job xxvii, 18, ✕ Σ· ἂ συνετήρησε : Ex Aquila et Symmacho : Jer. iii, 7, ✕ Α· Σ· ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς : Ex Aquila et Theodotione frequentissime : J r. xi, 15, ✕ Α· Θ· τῆ ἀισχύνη : Ex Symmacho et Theodotione rarius : Jer. xi, 22, ✕ Σ· Θ· κύριος τῶν δυνάμεων. Ex Aquila, Symmacho, et Theodotione sæpissime : Jer. xi, 15, ✕ Α· Σ· Θ· θυσιαστήρια. Frequenter etiam ubi lectio ex Aquila, Symmacho et Theodotione prodibat, post asteriscum ol Γ, id est tres interpretes, ponebatur : sic Hesai. xxxviii, 3, ✕ οἱ Γ· Ω δὴ κύριε :

In vetustissimis codicibus Cosimiano, Claromontano, sive RR. PP. Jesuitarum collegii Ludovici Magni et aliis, post asteriscos nomina interpretum a primis litteris describuntur ut supra, ita ut frequentissime asteriscus nomen præcedat, rarius autem nomen asteriscum. Utrum vero ipse Origenes nomina cum asteriscis in textu suæ editionis posuerit ; an id subsequenti ævo ab iis qui Hexaplorum lectiones collegerunt, et in Bibliis posuerunt, factum fuerit, non ita facile est divinare. Certe codex ille RR. PP. Jesuitarum in Jeremia et Ezechiele sæpe asteriscos in ipso textu ponit, subjuncto plerumque a prima solum littera nomine interpretis, ex quo lectio illa adjectitia desumpta fuit, sic ✕ Α, vel ✕ Θ, vel ✕ οἱ Γ. Fortasse vero quia ut plurimum Theodotionis lectiones cum asteriscis afferebat Origenes, Theodotionis nomen non solebat exprimere ; Aquilæ vero quia rarius, et Symmachi quia rarissime, interpretationes cum asteriscis inserebat, nomina a prima littera depingebat, ut indicaret non ex Theodotione pro solito verba decerpi. Sed hoc ex conjectura tantum dicitur.

Ita autem quæ cum asteriscis textui τῶν Ὅ in-

serebantur, aliquando ad sensus integritatem et accuratorem explicationem opportuna erant; sed ut plurimum inutilia, et nimia scrupulositate consarcinata, ita ut plus officerent quam juarent. Hebraismi quippe omnes quos, utpote a Græca lingua et dictione prorsus abhorrentes, consulto prætermiserant LXX Interpretes, ubique exprimebantur: quæ quantam κακοφωνίαν editioni hexaplatari inferrent, hoc exemplo declaratur. Jerem. XLIII, 6, ✕ σύν : τὰς γυναῖκας, καὶ ✕ σύν : τὰ νήπια, καὶ ✕ σύν : τὰς ψυχὰς, ubi Hebraicum habet שׁוֹבְבוֹתֵי־נַפְשׁוֹתָי..... שׁוֹבְבוֹתֵי־נַפְשׁוֹתָי: ibi illud σύν ad exprimendam particulam נַפְשׁוֹתָי, notam accusativi casus apud Hebræos, ex Aquilæ editione cum asterisco inseritur: quasi vero si articulus נַפְשׁוֹתָי omnino exprimendus erat, non sat apte redderetur per articulos Græcos τὰς et τὰ. Huiusmodi supervacaneam diligentiam, aut ut melius dicatur κακοζηλίαν, sexcenties observabis. Sic et Levit. II, 2, καὶ δραξάμενος πληρῆν τὴν δράξα ✕ αὐτοῦ : ἀπὸ τῆς σεμιδάλευς ✕ αὐτῆς : σύν τῷ ἐλαίῳ ✕ αὐτῆς : ubi pronominum illam repetitionem, quam Hebraicæ linguæ propriam, ut inelegantem inutilemque respuerant LXX Interpretes, cum asteriscis restituit Origenes. Innumera his similia in decursu operis hujus animadvertet eruditus lector.

Alia quoque multa in versione sua prætermisere LXX, quæ, licet enuntiari possent, nihil ad sensum apte exprimendum juvabant. Sic Jer. I, 18, hæc Hebraica verba קִרְוַת הַנְּחִיָּוִת LXX verterant, ἰδοὺ τέθεικά σε, ecce posui te, nihilque ad sensum desiderabatur; Origenes vero, prætermisam נְחִיָּוִת vocem existimans, cum asterisco ex Symmacho defectum supplevit ✕ Σ. ἐγὼ δὲ : ut sic exprimerentur omnia hoc modo : *Ego autem ecce posui te.*

Obelos similiter sæpe posuit pro notandis iis quæ cum in Hebraico non exstarent, in editionem τῶν Ὁ invecata fuerant; verum sæpissime ea ut amputanda obelis notavit, quæ a LXX Interpretibus vel claritatis vel elegantiae causa posita fuerant, quæque licet in Hebraico ad verbum non exprimerentur, sensui tamen illustrando commoda erant. Quæ porro notantur obelo, aliquando dicuntur, ἀμφιβόλως, id est *dubie*, jacere. Sic codex Vaticanus, in illud psalmi X, 4, *Oculi ejus in pauperem respiciunt*, ubi illud, *in pauperem*, non est in Hebræo, hæc habet, *Τὸ εἰς τὸν πένητα ἐν τῇ σελίδι τῶν Ὁ ἔκειτο μόνον ἀμφιβόλως*: id est, *Illud, in pauperem, in sola LXX Interpretum columna dubie jacebat*. Dubie scilicet, quia licet in Hebræo Origenis tempore non jaceret, ibi exstare potuerat LXX Interpretum ævo.

Non modo autem ea quæ ex editione τῶν Ὁ exciderant, cum asteriscis supplevit Origenes; sed etiam si quando editio τῶν Ὁ non videretur Hebraicam veritatem accurate exprimere, obelo notata priori lectione, alteram asterisco signatam ex aliis interpretibus adiciebat. Sic ad illud ps. XXVIII, 4, *הב ליהוה בני אליים*, priori lectione obelo, sive melius lemnisco jugu-

lata, alteram adjecerat sic + ἐνεγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὺ Θεοῦ ✕ ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὺς χριῶν: id est: + *Afferre Domino, filii Dei ✕ afferre Domino filios arietum*: quæ ambæ in LXX et in versione Latina remanserunt. Sic et Hesai. XV, 3, *הִתְחַבְּרְוּ א., Σ., Θ., καὶ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς. Ὁ, καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις αὐτῆς...* Sed utraque lectio ab hexaplatari editione desumpta in hodiernis Bibliis remansit, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις αὐτῆς: itaque prima versio asterisco, secunda obelo vel potius lemnisco, notata fuerat, sed notæ omnes a vulgatis exemplaribus exciderunt. Rem similem vide Ezech. XXII, 5, et XXIII, 19, multisque aliis in locis quæ longum esset recensere. Verum in his exemplis non obelos, sed lemniscos adhibitos B fuisse puto, ut articulo sequenti probatur.

IV. De lemniscis et hypolemniscis.

Lemniscus Græce λημνίσκος seu λιμνίσκος dicitur, sed postrema lectio Græca mendose ex vulgari illa mutatione τοῦ η in ι inducta pulatur. Ab Epiphiano autem hujus vocis λιμνίσκος etymon inde petitur, διὰ τὸ λιμνάζειν κλυζόμενον τὸν μότον ἐν τοῖς τόποις ὑγροῖς, id est, quod vitta illa, quæ medici vulneribus curandis apponunt, in locis humidis humorum copia redundet. Sed hæc vocis origo jure respuitur a viris doctis. Nam λιμνίσκος vitiatum est, et λημνίσκος scribitur. De cujus nominis etymo quid sentiat vir eruditissimus Bernardus Moneta paucis, ut ab eo accepi, expromam: « Athenæus, pag. 200 editionis Lugdunensis, in prolixo Callixeni Rhodii loco, vocem λιμνήσκους habet, quæ in margine sic emendatur, λινίσκος, atque ita legit Eustathius in versum 570 decimi octavi libri *Iliados*, ubi hunc ipsum ab Athenæo allatum locum refert. Isaacus vero Casaubonus in notis, aut λημνίσκοις, aut λινίσκοις legendum esse dicit, sed neutram alteri lectionem præferre audet. Certum autem est, vocem λημνίσκος, quæ primitus *angustam fasciam* significabat, ex voce λῆνος, *lana*, derivatam esse, quia ab ipsa origine fasciæ hujusmodi laneæ erant. Hinc vero Syracusani singulari formatione, loco τοῦ λημνίσκος, inserto μ, λημνίσκος fecerunt: quæ causa fuit ut hæc vox pro Syracusana haberetur. Hesychius, λημνίσκος τὰς στενάς Συρακούσσιαι ταινίας, subintellige λέγουσι. Hinc ad alia significanda usurpata vox fuit, nempe pro fasciis quibus coronæ circumplicabantur; pro lineamento convoluto vulneribus inserendo; demumque pro nota librorum, de qua Isidorus: *Limniscus, id est virgula inter geminos punctos jacens, apponitur in iis locis quæ sacræ Scripturæ interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus transtulerunt*. Hæc triplici significatione vox λημνίσκος usurpata fuit, nempe ad res significandas angustis fasciis similes, quas Syracusani λημνίσκος vocabant. »

Inde vocatus lemniscus, sive linea vittæ more depicta cum duobus punctis, altero superne, altero inferne positus sic + Ideo autem lemniscos ab Origene usurpatos fuisse ait Epiphianus, ut cum in

editione τῶν **O** reperitur aliqua vox non cohærens A seorsim et aliis inconsultis interpretabantur, tam neque aliis connexa, hoc signo notata, noveris ab uno vel duobus interpretum paribus ita verum fuisse: ab uno scilicet, cum uno solum puncto linea signatur ←, tuncque vocatur hypolemniscus; a duobus vero quando punctum utrinque ponitur sic +, et tunc lemniscus dicitur. Quod ut intelligas, historiam cellularum triginta sex repetas oportet: ubi, Epiphonio narrante, libro *De ponderibus*, LXXII interpretes bini, sive per paria distributi, Scripturis interpretandis vacarunt. Huc itaque sibi vult Epiphonius, illas lectionum discrepantias, quæ in Origeniana editione lemnisco vel hypolemnisco signabantur, esse varias translationes, quæ ab uno altero interpretum pari editæ essent. Hujusce rei duo exempla affert; scilicet ex psalmo LXX, 15, καὶ σῶμα μου ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου, ubi adhibebatur, ἀναγγελεῖ τὰς δικαιοσύνας σου et psalm. LXXI, 14, καὶ ἐντιμον τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον αὐτοῦ, ubi, ait Epiphonius, prius legebatur, καὶ ἐντιμον τὸ ὄνομά μου ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Et eodem libro, multis interpositis, ait lemniscis insigniri eas voces quæ in aliquot LXXII interpretum voce tantum non sensu variant, ut si quis, verbi gratia, pro ἐλάτηεν, dicat, ἐφθέγγατο, et pro ἤλθεν, ἐλήλυθε. Epiphonio similia narrat Hesy chius in psalm. XLII, 6, ubi in hæc Hebraïca verba עָלַי בְּרַחֵם כִּי חַרְדֵּי הַיַּרְשָׁקַי, hæc interpretatio occurrit in LXX, ἄσω τῷ Κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου. Hæc porro verba, ἄσω τῷ Κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, Cantabo Domino qui benefecit mihi, totum versiculum Hebraicum expriment, cætera redundant; quare Vaticanus codex hic notat: Τὸ καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου, οὐκ ἔκειτο παρ' οὐδενὸς ἐν τῷ τετραεπίδω, οὔτε ἐν τῷ Εὐαγγελίου τοῦ Παμφίλου, οὔτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ. id est: Illud, Psallam nomini Domini altissimi, apud neminem in quadruplici columna jacebat; neque in Eusebio Pamphili, neque in Hebraico. Ibi vero notat Hesy chius: Τοῦτον τὸν στίχον δύο ζυγάς τῶν ὀβελίων εἶπον· διότι παράκειται σημεῖον τὸ διὰ τῶν μελανῶν, ὃ λέγεται λημνίσκος, διὰ μὲν τῆς κερφαίας τῆς μέσης σημαίνει τὸν στίχον, διὰ δὲ τῶν δύο στυγμῶν, τῆς ἐπάνωθεν, καὶ τῆς ὑποκάτω, τὰς δύο ζυγάς τῶν ἐρμηνευτῶν ἠνέξατο. Id est: Hunc versiculum duo paria LXXII interpretum expresserunt, quare appositum est signum atramento delineatum, quod dicitur lemniscus. Per mediam quidem lineam significat versiculum: per duo autem puncta, alterum supra et alterum infra, duo interpretum paria subindicavit. Ex Epiphonio itaque et ex Hesy chio discimus, lemniscum usurpatum fuisse, quando ejusdem vocis aut loci duæ translationes apponebantur, ut et illa nota distinguerentur: quod autem de triplata sex interpretum paribus et de totidem cellulis adjicitur, ab Hieronymo et a viris doctis pene omnibus exploditur veluti commentum.

Ad hæc, videtur Epiphonius secum pugnare: nam si triginta sex illa paria interpretum, qui

seorsim et aliis inconsultis interpretabantur, tam mirabili consensu interpretati sunt, ut ne minimum quidem interesset discriminis, ad quid illæ notæ ad indicanda discrimina? Si vero, ut ait Epiphonius, lemniscus, qui duobus punctis notatur, significabat duo interpretum paria secum convenire ab aliisque discrepare; hypolemniscus vero, qui uno solum puncto notatur, unum par interpretum ab aliis omnibus differre: quando ex triginta sex paribus, tria vel quatuor vel decem, vel duodecim vel plura differere poterant, sine dubio poterant et tria et quinque et plura discrepare.

Quare hoc, utpote fabuloso, lemniscorum usu rejecto, alius verior sinceriorque exquirendus est. B Joannes Curterius Præfatione in Procopii *Commentarium in Hesaiam*, putat lemniscos significare interpretes aliquos verbis convenire, discrepare sensu; hypolemniscos autem, et verbis et sensu discrepare. Sed id gratis et sine auctoritate ulla dicitur, nec intelligi potest quo pacto Origenes lemniscos et hypolemniscos ad talem usum destinaverit. Masius vero putat tunc appositos fuisse lemniscos et hypolemniscos, cum varias lectiones plures paucioresve codices assererent. An vero credibile est Origenem hisce notis ad exemplaria τῶν **O** varia remisisse, aut exemplarium lectiones varias in ipso textu cum hisce notis apposuisse, nec ipse Origenes, nec alius quispiam hoc unquam dixit. Existimo igitur, quemadmodum asteriscus ad omnia quæ inserebantur, adnotanda, et obelus ad ea quæ redundabant, jugulanda, ut ait Hieronymus, appositum sunt; ita lemniscum adhibitum fuisse, ubi LXX interpretes lectionem quidem Hebraicam exprimebant; sed non ita accurate atque distincte: quæ causa erat ut illa in textu relicta, altera quæ melior videbatur, ex aliis interpretibus petita, huic subjungeretur. Neque enim putandum est, Origenem, virum admodum accuratum, qui tam diligenter vel levissima quæ addebantur asterisco, et quæ demenda erant obelo notabat, nullam apposuisse notam iis in locis, sane frequentibus, ubi relicta prior lectione novam tamen addebat ex aliquo interpretum desumptam. Exempla vero quæ Epiphonius affert, admodum perplexa sunt, ita ut vix inde quidpiam expiscari valeas. Quare, iis prætermisissis, aliud afferam unde possis lemniscorum usum, secundum meam quidem sententiam, percipere. Psalm. xxviii, 4, in Hebræo legitur הָבָה לַיהוָה בְּנֵי אֱלֹהִים, ubi LXX verterant, Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ. Reliqui vero interpretes, Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοῦς χριστῶν. Ibi Origenes lectionem τῶν **O** reliquit, præmissa lemnisci nota, et aliorum interpretationem adjecit asterisco notatam, hoc pacto ✕ Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ. + Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοῦς χριστῶν: ita ut lemniscus doceret eam esse LXX et Theodotionis lectionem: id enim duo puncta denotabant. Hunc fuisse lemniscorum usum surdet supra allatus Hesy chii locus, ubi sane quæ lemnisco notabatur

ciausula, καὶ ψαλῶ τῷ ὄνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου, non verbotenus solum differebat a præcedenti, ἔσω τῷ Κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντι με, sed re et sensu; atque hæc quidem ex Hebraico et ex cæteris interpretibus excerpta fuerat, altera vero ex LXX remanserat. Hæc solum conjectando dici possunt: cum enim nullo alio quam Epiphanio duce uti fas sit, omnia certe salebris plena sunt. Hypolemniscus vero, cuius hæc figura erat † significabat, secundum Epiphanium, ex uno tantum interpretum pari lectionem appositam emanare, esseque adjunctæ lectioni συναμφοτερον καὶ συνάδελφον, id est, omnino synonymam; sic Epiphanius. Sed quod de triginta sex interpretum paribus et de totidem cellulis narratur, jam ablegatum est; quare potius crederem hypolemniscum tunc appositum fuisse, cum lectio illa notata LXX Interpretum solum erat, quod uno subtus lineam posito puncto indicabatur; lemniscum vero cum duobus punctis, quando non LXX Interpretum tantum, sed etiam Theodotionis erat. Cæterum ex similitudine quæ intercedebat obelos inter et lemniscos atque hypolemniscos, non solum quantum ad formam, sed etiam quantum ad usum, factum est ut lemnisci pro obelis sint habiti. Nam uno excepto Hesychii loco supra laudato, nullam me lemniscorum mentionem a tempore Epiphanii et Hieronymi usquam reperire memini; in Bibliis scilicet manuscriptis, in Catenis et in Commentariis.

V. In hodiernis editionibus et ms LXX Interpretum, multa ex editione illa Hexaplari desumpta deprehenduntur.

Narrat Hieronymus tempore suo Ecclesias varias variis LXX Interpretum editionibus usas esse. Alexandria, inquit, et Ægyptus, in LXX suis Hesychium laudat auctorem; Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat; mediæ inter has provinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgaverunt: totusque orbis hac inter se contraria varietate compugnat. Et in epistola ad Augustinum, quæ est in postrema editione 74, ἐπιφωνητικῶς loquens ait: *Vis amator esse verus LXX Interpretum, non legas ea quæ sub asteriscis sunt: imo rade de voluminibus, ut veterum te fautorem probes. Quod si feceris, omnium Ecclesiarum bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus aut alter invenitur liber qui ista non habeat.* Hinc ediscimus jam ævo Hieronymi exemplaria LXX Interpretum innumera et asteriscis et obelis onusta fuisse: quæ Origenianæ notæ in plurimis exemplaribus manuscriptis Græcis hinc et inde sparse hodieque observantur; imo etiam in nonnullis Latinis, maxime in libris Job et Psalmorum. Ex editione illa hexaplari multa in hodiernas editiones transmissa deprehenduntur. Nec loquor tantum de Alexandrino codice, qui editionem illam hexaplarem pene sequitur, ut videre est præsertim in libro Judicum; nec de editione Complutensi, ubi aliorum interpretum lectiones, maximeque Symmachi, pas-

A sim intermistæ occurrunt: sed etiam in editione Romana non paucae deprehenduntur lectiones, quæ ab hexaplari illa editione manarunt, ut verbi gratia Job ix, 3, in hæc verba וַיַּעַן Symmachus et Theodotio, οὐ μὴ ὑπακούσῃ αὐτῷ, quæ lectio in editione hexaplari posita fuerat, quia prisca τῶν Ὁ interpretatio, ἵνα μὴ ἀντελεῖη, non satis conveniebat: utraque tamen versio in textu relicta est, ita ut quæ præibat Symmachi et Theodotionis, asterisco notaretur, altera vero lemnisco, ut quidem existimo: deinde neglectis astericis, ambæ lectiones remanserunt sic, οὐ μὴ ὑπακούσῃ αὐτῷ, ἵνα μὴ ἀντελεῖη. Et psalm. xvii, 36, hæc verba וַיַּעַן לַחַיִּים לַחַיִּים LXX verterant, καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με, Theodotio autem, καὶ ἡ παιδεία σου αὐτῆ με διδάξει: utraque autem lectio in hexaplari illa editione posita, in hodiernis Bibliis conjunctim legitur. Similia multa frequenter occurrunt.

In Ecclesiaste vero σύν præpositio, qua exprimeret solebat Aquila particulam Hebraicam הַא, notam accusativi casus, quamque Origenes in hexaplari illa editione præmisit asterisco, sicubi occurreret, posuerat, non infrequenter reperitur in editione Romana. Sic cap. ii, v. 17, καὶ ἐμύσησα σύν τὴν ζωὴν, et cap. iii, v. 17, σύν τὸν δίκαιον καὶ σύν τὸν ἀσεβῆ κρινεῖ ὁ Θεός, et similia quædam. Capite autem vii, vers. 23, clausulam ex Aquila in editionem τῶν Ὁ invectam deprehendimus, ut videas in nota ibidem. Ex his porro mutationibus evenit ut editio LXX Interpretum pura et qualis erat ante Origenem, frustra quæretur hodie. Hinc item accidit ut librarii dum exemplaria IXX Interpretum exscriberent, alias lectiones præfixo Ὁ nota, videlicet LXX Interpretum, in margine notarent; ita ut minus periti rerum hujusmodi mirentur ubi LXX Interpretum textus exscriptus est, in margine notari LXX Interpretes alio modo legere.

VI. De mutationibus quæ ab Origenis tempore in editiones LXX Interpretum adjectæ sunt.

Sæpissime etiam, præsertim libro Judicum, in codicibus Coisliniano, unciali caractere descripto, et Basiliensi, variæ lectiones in margine scribuntur cum nota Ὁ Ὁ, quia scilicet ex Theodotione in editionem τῶν Ὁ cum asteriscis ab Origene invectæ fuerant. Imo etiam libro Judicum vi, 8, tres LXX Interpretum lectiones pro uno eodemque loco observantur. Præter eam enim, de qua egimus, varietatis causam, aliæ multæ haud dubie exstiterunt. Nec potuit aliter evenire in libro toties descripto; cuius tot varia in diversis regionibus exemplaria ferebantur: nam ex alia editione in aliam lectiones persæpe translatae sunt. Non raro etiam contingit ut loca ex editione τῶν Ὁ afferantur vel a scriptoribus vel a scholiastis, qui jam in ea non comparent, quia nempe illa supplementa quæ cum asteriscis addita fuerunt, in aliquot exemplaria invecta sunt, in aliis non item.

VII. De iis *etiam mutationibus, quæ ex similitudine A quarumdam litterarum admixtæ sunt.*

Inter præcipuas autem varietatum, quæ in exemplaribus τῶν O observantur, causas, locum habet illa litterarum Græcarum inter se similibus frequens commutatio. Nam cum Origenis tempore et aliquot postea sæculis, omnes Bibliici libri unciali caractere sine accentibus et spiritibus scriberentur, ac litteræ plurimæ inter se ita similes essent, ut vix distingui possent, hinc contigit ut sæpe una pro alia substitueretur : unde magna diversitatum silva exorta est. Hæc vero maxime litteræ inter se commutari solebant A, Δ, Α, α, δ, λ, et E, Θ, Ο, ε, θ, σ, et aliquando M et N, quarum omnium mutationum ex multis pauca hic exempla proferimus.

A in Δ. Hujus mutationis perspicuum habet exemplum Hieronymus *Commentario in Jerem.* cap. xxix, §. 17, ubi vocem םרצו Theodotio συναρσειμ expresserat, deinde vero librariorum errore in συναρσειμ, mutato A in Δ versum fuerat ; qua de re Hieronymus : *Quas Theodotio interpretatus est, Sudrianas..... quæ Hebraice appellantur SARIIM, sed scriptoribus titio pro media syllaba, sive littera alpha Græcum delta inolevit.* Judicum cap. iii, 31, ubi Hebraicum habet נצח, LXX Δινάχ, mendose, pro Δινάθ, mutato A in Δ ; alius Δινάθ, mutato A in A ; alius Ἀνάθ, melius. Et Judicum i, 31, ubi legitur בלחא, LXX hodie habent Δαλάφ pro Ἀαλάθ, ut alii legunt.

A in A. Hujus commutationis exemplum vidimus supra : præterea vero psalm. xxx, 16, ad vocem Hebraicam נצח, LXX habent οἱ κληροί μου, *sortes mee*, mutato A in A : nam illa vox significat *tempora mea*, ut reliqui interpretes et Hieronymus verterunt, et psal. lxxx, 3, ad hæc verba נצח נצח, Symmacius vertit λύραν ἡδίσταν, *lyram dulcem*, ubi aliquot exemplaria, mutato A in A, αὔραν, *auram* habent.

E in C Psalm. xxxviii, 3, in versione Aquilæ, codex unus habet σωπης σιγης ἀπὸ ἀγαθοῦ, pro σωπῆ σιγῆσα ἀπὸ ἀγαθοῦ, ubi Hebraica sic habent : כסב ותישקה דמיה. Psal. lxxvi, 7, Eusebii lectionem Symmachi sic effert : ἀνὴρ συνὼν τὸ πνεῦμά μου, pro ἀντηρέωνων τὸ πνεῦμά μου, *perscrutabar spiritum meum*, ubi Hebraica sic habent : וחקר ששקני.

E in Θ. Aquila, Symm., Theodotio et Septima, in mss habent Βηθσαβέθ, pro Βηθσαβέε, ubi in Hebraico legitur שבשבת, psal. l, 1.

M pro N. LXX Interpretes quater habent ὤμων pro ὄνων, *humeros pro asinis*, Josue ix, 4, et xv, 18, ubi in Hebraico legitur חמור.

Præter illas autem mutationum causas, aliæ non paucæ acciderunt propter similitudinem verborum vel soni. Sic Job. xxxix, 21, in Hebraico legitur פאנתי קל, *in occursum armaturæ*, Vulgata, in occursum armatis ; A., Th., εἰς συνάντησιν ὄπλου, *in occursum telii* ; Sym., εἰς ἀπάντησιν καταφράκτων, *in occursum Cataphractorum* ; ubi LXX habent συναντῶν βασιλεῖ, *occurring regi*, mendose, pro βέλει, *lelo*, ex similitudine soni et terminationis. Et sano

A βελεῖ posuerat Origenes in Tetraplis, ut ibidem adnotamus ; quia videlicet lectio illa vitiatâ βασιλεῖ, nondum in exemplaria quibus usus est Origenes, manaverat. Psal. cxxxix, v. 15, vocem פתח verterant LXX Interpretes θήραν, *venationem*, atque ita legit Athanasius, Hieronymus quoque *venationem* ; Aquila, ἐπισιτισμόν, *cibum* ; Theodotio, θήραν, ut et LXX ; quæ lectio secundum hæc ex similitudine soni mutata est in χήραν, *viduum*, et hactenus sic legitur in vulgatis exemplaribus. Item Hesai xiv, 21, ubi in Hebræo legitur םרצו, LXX, πόλεων, ut liquet : posteaque πόλεων in πολέμων mutatum est. Alia longe plura his addere possemus, verum hæc erunt ad præsens institutum satis.

B VIII. De distinctione capitum et versicolorum antiquius usurpata.

Distinctio capitum olim nec hodiernæ similis, nec una fuit. Capita longe minora hodiernis erant ; cuius rei exemplum habes infra Numerorum iv, 25, in nota, ex omnibus catenis mss. desumpta, quæ sic habet : Τὸ Σαμαρειτικὸν, ἐπισπαστρον καὶ δέσματῳ ἀκλινθίνα ἄτινα καλεῖ τὸ ξ κεφάλαιον Ἐξόδου διφθέρας. *Samariticum habet, tentorium et pelles hyacinthinæ : quæ capite lx Exodi vocantur diphtheræ.* In Exodo quadraginta solum capita habentur, locusque hic citatus exstat in capite xxxix hodierno. In codice illo Coislino vetustissimo, unciali caractere descripto, ubi Octateuchus et libri Regum continentur, duæ singulis in libris in capita divisiones in margine notantur, quarum unaquæque longe plura capita habet quam hodierna. Discrimina paucis accipe.

In Genesi prima divisio in codice Coislino 106 capita exhibet ; secunda in eodem codice 99, hodierna 50.

In Exodo prima divisio in Coislino 84 capita habet ; secunda in eodem codice 110, hodierna 40.

In Levitico prima in Coislino 54 capita habet ; secunda in eod. codice 61, hodierna 27.

In Numeris prima in Coislino 50 capita ; secunda in Coislino 51, hodierna 36.

In Deuteronomio prima in Coislino 68 capita ; secunda in Coislino 91, hodierna 34.

In libro Josue una capitum divisio observatur in Coislino, et quia liber hic magna sui parte mutilus est, ibi ad caput decimum quartum duntaxat pervenitur, quod cum nono capite hodierno concurrat.

In libro Judicum nulla capitum distinctio occurrit in Coislino. Sed quoties Israelitæ ob prævaricationem in servitutem rediguntur, in margine ponitur : δουλεῖα α', δουλεῖα β', etc. Similiter ad singulos iudices qui constituuntur, adnotatur Κριτῆς α', κριτῆς β'.

Libro primo Regum prima divisio in Coislino est 53 capitum ; secunda 73, hodierna 31.

Libro secundo Regum prima in Coislino est 50 capitum ; secunda 33, hodierna 24.

In libro tertio Regum divisio in capita, perplexa

admodum, liber magna sui parte mutilus est, ita A scripti erant, ita ut ad singulos a linea inciperetur: ut etiam totus liber quartus desideretur.

Primam in codice Coislino divisionem, eam dicimus quæ cum argumentis est, secundam, eam quæ sine argumentis. Verum hæc fusius in *Bibliotheca Coislina* propediem edenda.

Versiculi similiter longe breviores olim erant hodiernis, ut plurimis locis ac exemplis probavimus in *Palæographia Græca*, et infra in notis ad librum Job passim. Sed quia in ea re viri etiam docti lapsi sunt, rati versiculos olim hodiernis æquales fuisse, unicum hic afferam exemplum ex libro Job, cap. xxi, v. 28, ubi tredecim versiculi, secundum antiquum morem computati, sex hodiernos versus efficiunt. Tredecim autem versiculi, στιχοι, sic in quibusdam mss. omnium vetustissimis στιχηρῶς

scripti erant, ita ut ad singulos a linea inciperetur:

Ἵτι ἐρεῖτε· Ποῦ ἐστιν οἶκος ἀρχοντος,
Καὶ ποῦ ἐστιν ἡ σκέπη τῶν σκηνωμάτων τῶν ἀσεβῶν;

Ἐρωτήσατε παραπορευομένους ὁδῶν,
Καὶ τὰ σημεῖα αὐτῶν οὐκ ἀπαλλοτριώσατε·
Ἵτι εἰς ἡμέραν ἀπωλείας κορυφίζεται ὁ πονηρὸς,
Εἰς ἡμέραν ὀργῆς αὐτοῦ ἀπαχθήσονται.
Τίς ἀναγγελεῖ ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ,

Καὶ ἂ αὐτὸς ἐποίησε;
Τίς ἀνταποδώσει αὐτῷ; καὶ αὐτὸς εἰς τάφος ἀπεβέβη.

Καὶ αὐτὸς ἐπὶ σωρῶν ἠγρύπνησεν.
Ἐγλυκάνθησαν αὐτῷ γάλικες χειμάρρους,
Καὶ ὀπίσω αὐτῷ πᾶς ἄνθρωπος ἀπελεύσεται,
Καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἀναριθμητοί.

Monco autem in sine Catenæ in Job in Anglia editæ, haberi totum librum Job στιχηρῶς scriptum ad fidem veteris cujusdam codicis.

CAPUT QUINTUM.

De Aquilæ editionibus.

I. Aquilæ historia. II. Aquila duas interpretationes edidit. III. Utra ex duabus in Hexaplis posita fuerit. IV. An de industria Aquila quædam Scripturæ loca in alium sensum detorsit. V. Expenduntur loca ubi Aquila, quasi ob Christianismi odium male interpretatus, reprehenditur. VI. Queritur utrum Aquila idem sit qui Onkelus, et utrum Thargum Onkeli aliquid affinitatis habeat cum interpretatione Aquilæ.

I. Aquilæ historia.

Aquilam ait Epiphanius fuisse πενθερίδην, hoc est affinem, vel, ut alii vertunt, socerum, aut soceri socrusve filium imperatoris Adriani: *Chronico* vero *Paschale* πενθερὸν sive socerum dicit. Id autem, ut plane fabulosum, a viris doctis merito respuitur. Paulo melioris notæ videntur alia quædam, quæ de Aquila tradit Epiphanius: at si qua sincera sint, ex ipsis Origenis scriptis desumpta putantur; nam, ut jam diximus, Origenes initio singularum versionum de Historia cujusque interpretationis quædam in Hexaplis posuerat. Verum inter illa Epiphanii dicta, non desunt quæ doctis viris suspecta videantur, ut pluribus dicitur infra.

Aquila igitur, ait ille, cum Jerosolymis ageret, restaurandæ urbi ad imperatore Adriano præpositus, atque apostolorum discipulos, nuper Jerosolymam Pella reversos, fide florentes mirabiliaque patrans cerneret, compunctus corde Christianismum amplexus est: elapsoque tempore Christi sigillum petiit et impetravit: neque tamen mores pristinos mutavit. Enimvero cum in vana astronomiæ arte, quam *Apotelesmaticen* vocabant, institutus esset, solitamque ei operam daret; increpantibus magistris, ac rem ut Christiano viro indignam vetantibus: ille contra pervicaciter repugnans, de fato disserendi genesimque suam observandi nullum finem faciebat. Quamobrem ab iis, utpote salutem nunquam consecuturus, Ecclesia pellitur. Ille quasi ignominia affectus, vana ductus verecundia, Christianismum ejurat, ad Judæosque declinans circumciditur. Tum vehementi studio percitus, Hebraicæ linguæ addiscendæ totum se dedit; cujus perfectam adeptus notitiam, interpretationem ex affectu suo concinnavit; ita ut quædam Scripturæ dicta

B præter LXX Interpretum mentem ad alium sensum detorqueret, ac testimonia de Christo in divinis Scripturis expressa, alio deflecteret, ignominiaque suæ absurdum apologiam pararet. Hæc ex Epiphanio. Utrum autem Aquila loca Scripturæ quæ Christum prænuntiabant, de industria alio divertit, mox disquiremus.

Quod ait Epiphanius, Aquilam Adriani tempore Scripturam sacram interpretatum esse, ex ipsis Origenis scriptis mutuatus creditur. Certum enim videtur Origenem in Hexaplis suis singularum editionum brevem historiam posuisse, ut ex his Eusebii verbis arguitur, qui *Eccl. hist.* lib. vi, cap. 16, De Quinta, Sexta et Septima editionibus loquens, hæc habet: Ἐφ' ὧν διὰ τὴν ἀδηλόγητα, τίνος ἄρ' εἶεν οὐκ εἰδῶς, αὐτὸ τούτῳ μόνον ἐπεσημῆχτο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὐροὶ ἐν τῇ πρώτῃ Ἀκτιῶν Νικοπόλει, τὴν δὲ ἐν ἐτέρῳ τόπῳ τοιψέ. Ἐν γὰρ μὲν τοῖς Ἐξαπλοῖς τῶν Ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισημοὺς τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον Πέμπτην, ἀλλὰ καὶ Ἑκτην καὶ Ἑβδόμην παραθεῖς ἐρμηνεῖαν, ἐπὶ μιᾶς αὐθις σεσημειῶται, ὡς ἐν Ἱερῶν εὐρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου. Il est: *Et cum ignoraret cujusnam essent, id solum significavit, se alteram quidem reperisse Nicopoli ad Actium, alteram vero in alio designato loco. Utiq; in Hexaplis Psalmorum post insignes illas quatuor editiones, ubi non solum Quintam, sed etiam Sextam et Septimam editionem apposuit, ad unam rursus adnotavit, inventam illam suis e Hierichunte in dolio, temporibus Antonini filii Severi.* Hæc Eusebius, qui ipsa Origenis Hexapla tractabat. Unde inferas Origenem in Hexaplis singulorum interpretum et interpretationum brevem historiam texuisse, ubi tum alia quædam ad singulas pertinentia, tum maxime

iniquusque tempus adnotavit. Hinc autem haurisse putandus est Epiphanius id quod ait, Aquilam nempe sub Adriano imperatore interpretationem adornasse suam : quod etiam confirmari potest ex Justini testimonio, qui ait in *Dialogo cum Tryphone* : Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν πατρὸς λέγειν μηδὲ εἰρῆσθαι ἐν τῇ προφητείᾳ τοῦ Ἰσραὴλ· Ἰδοὺ ἢ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει καὶ τέξεται υἱόν, ἀλλ' Ἰδοὺ ἢ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν. Id est : Quandoquidem vos et doctores vestri dicere audetis non dictum esse in prophetia *Hesaiæ* : Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium ; sed, Ecce adolescentula in utero accipiet, et pariet filium. Ubi illud, Ἰδοὺ ἢ παρθένος, etc., ex Aquilæ interpretatione sumptum est : unde inferas tempore Justini martyris jam evulgatam fuisse Aquilæ editionem, atque adeo antea factam, videlicet Adriano principe, ut ait Epiphanius, ex Origene, ut creditur, mutuatus.

Cætera autem quæ adjecit Epiphanius de Aquila, non ex eodem fonte hausisse putandus est : nam quod narrat eum ab Adriano restaurandæ urbi Jerusalemorum præpositum fuisse, perinde suspicioni obnoxium videtur atque id quod ante dixerat, ipsum Adriani socerum fuisse. Reliqua de apotelesmaticæ, sive de genethialogiæ usu, de baptismo, de ejurato postea Christianismo, de admissa circumcisioe, deque adepta demum Hebraicæ linguæ perfecta notitia, majorem sane postularent auctoritatem, eisque fabulosis Judæorum narrationibus manare potuerunt. Siquidem Judæi Aquilæ editionem, eam videlicet quæ κατὰ ἀκριβείαν facta fuerat, magni faciebant, auctoremque illius laudibus prædicabant. Hinc Origenes ad Africanum : Sic enim Aquila, Hebraicæ lectioni serviens edidit : quem Judæi accuratissime omnium credunt interpretatum esse Scripturam : quo maxime uti solent qui Hebraicam dialectum ignorant, utpote qui omnium maxime sensum assecutus esse putetur.

II. Aquila duas interpretationes edidit.

Duas autem translationes edidisse Aquilam exploratum est : primam, liberio rem, ubi etsi verba singula Hebraica Græce exprimere satageret, sensum tamen apte reddere curabat, neque tam scrupulosè voculas omnes sectabatur, ac cum seriem interturbaturas esse prospiceret, representare negligebat : quod verum erat interpretis officium. Alteram deinde versionem paravit, quæ κατὰ ἀκριβείαν vocitabatur, id est, secundum exactam vendendi rationem, de qua Hieronymus in *Ezechielem* pag. 716 : Aquilæ secunda editio, quam Hebræi κατὰ ἀκριβείαν nominant ; ubi tanta accuratone verba et voculas singulas Hebraicas reddere curabat, ut de styli barbarie nihil cogitaret. Ejusmodi vero κακοζήλια exempla multa proferre possemus ; sed, ut cætera taceam, quis non ægre ferat hæc Hebraica verba, בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית, sic expressa videre, ἐν κεφαλῆαις ἔκτισεν ὁ θεὸς σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τῇ γῆν· nimirum ille ne particu-

lam ΓΝ, notam accusativi casus, præterisse videretur, pro illa σὺν posuit, quia ΓΝ in nonnullis locis, σὺν vel μετὰ, id est cum, significat. Idque sexcenties repetiit, quod sane magnam in ejus translatione κακοφωνίαν intulit. Sed audiendus Hieronymus ad Pammachium *De opt. gen. interpretandi* : Aquila autem proselytus et contentiosus interpres, qui non solum verba, sed etymologias quoque verborum transferre conatus est, jure projicitur a nobis. Quis enim pro frumento et vino et oleo possit vel legere vel intelligere, χεῦμα ὀπωρισμὸν στιλπνότητα, quod nos possumus dicere fusionem, pomationemque et splendentiam. Aut quia Hebræi non solum habent ἄρθρα, sed et πρόσθρα, ille κακοζήλιος et syllabas interpretatur et litteras, dicitque σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τῇ γῆν, quod Græca et Latina lingua omnino non recipit. Cujus rei exemplum ex nostro sermone captare possumus. Quanta enim apud Græcos bene dicuntur, quæ si ad verbum transferamus, in Latino non resonant : et e regione, quæ apud nos placent, si vertantur juxta ordinem, apud illos displicebunt. Illud vero χεῦμα, ὀπωρισμὸν, στιλπνότητα, quod undenam sumptum esset ante ignorabatur, ex Deut. vii, 13, nunc primo prodit in Appendice ex codice Coisliniano.

Aliquando item, nulla habita generum ratione, ut Hebraismos exprimeret, singulare cum plurali copulavit, ut Gen. v, 5, καὶ ἔζησεν Ἀδὰμ τριάκοντα ἔτος, καὶ ἑννακῶσια ἔτος, et vixit Adam triginta annum et nongentos annum, quia nempe vox נַחֲשׁוּת singularis formam habet, licet hic vim pluralis habeat, ut nemo non videt. Pari ratione nonnunquam pluralia, quæ vim singularis habent, ille pluraliter expressit ; sic Gen. vi, 2, בְּנֵי אָדָם בְּנֵי אָדָם, οἱ υἱοὶ τῶν Θεῶν, quia nimirum בְּנֵי אָדָם habet pluralis formam, ille pluraliter hic vertit : ubi Vulgata, *Videntes filii Dei filias hominum*. Ad hæc etymologias nominum verborumque ita consecatur, ut, nulla habita seriei ratione, eandem vocem Hebraicam ut plurimum eadem Græca exprimat, non cogitans idem verbum, si aliis diversisque jungatur vocibus, aliud significare.

III. Ultra ex duabus in Hexaplis posita fuerit.

Ex illa porro duplici Aquilæ versione, quæstio exoriri potest ; ultra videlicet ex duabus in Hexaplis ab Origene posita fuerit, an prima, an secunda, quæ κατὰ ἀκριβείαν vocabatur : et utrum semper eandem adhibuerit Origenes in omnibus et singulis Scripturæ libris ; an modo unam, modo alteram apposuerit. Non dubito eam in Hexaplis tertio loco posuisse, quæ quia nimia accuratone concinnata erat, κατὰ ἀκριβείαν facta dicebatur ; nempe secundam. Id vero suadet particula σὺν sæpe posita in iis quæ supersunt editionis Aquilæ fragmentis, et alia nimis religionis vestigia. Ex eadem etiam decerptæ fuere lectiones Aquilæ, quæ in editione τῶν Ὁ' hexaplarum cum asteriscis ab Origene positæ sunt. Verum quia in locis Aquilæ, quæ frequenter in hæc Hexaplorum collectione occurrunt, hæc tam scrup-

pulosa vertendi ratio non ubique observatur, hinc A quæ a Patribus ut Christianæ fidei repugnantia reprehenduntur, hic proferre; ut exquiratur num: re vera Aquila de industria hæc ad aliam mentem detorserit. Qui prior Aquilam simulque Theodotionem criminatur, est Irenæus lib. III, cap. 24, ubi ait: *Non vera est interpretatio, ecce adolescentula, ut Theodotion Ephesus et Aquila Ponticus sunt interpretati. Hinc Ebionæi ex Joseph natum aiunt.* Agitur hic de Hesaia loco VII, 14: *Ecce virgo concipiet et pariet filium.* An autem ut locum detorqueret Aquila, sic versionem suam concinnaverit, nescio. Verisimile tamen est eum a voce παρθένος consulto declinasse, quia hæc maxime propheta utebantur Christiani pro sua tuenda fide. Imo nec vocem ἀπόκρυφος, *abscondita*, quam alibi pro Hebraica עֲלֵי עֲלֵי exprimens adhibet, hic usurpare voluit; quia forte hæc interpretatio puellam, quæ virorum aspectui occulta manserat, atque ideo virginem exprimebat.

IV. *An de industria Aquila quædam Scripturæ loca in alium sensum detorserit.*

Una fuit sanctorum Patrum veterumque pene omnium mens et opinio, Aquilam ob illatam sibi ab Ecclesiæ præfectis, quam supra memoravimus, contumeliam (nam quod illi ex vero religionis pietatis studio admiserant, injuriæ loco habebat), infensum postea Christianæ religioni fuisse; ac loca Veteris Testamenti, quæ futurum Christi adventum prænuntiabant, de industria in translatione sua depravasse, et in alium sensum detorsisse. Licet autem ea quæ de Christianismo ab Aquila ejurato Epiphanius tradidit non suspicione vacent, ut supra diximus, atamen sive a Christianis ab Judæis defecerit, sive Judæus ab exortu fuerit, ob Christianismi odium aliqua Scripturæ loca detorsisse putabatur. Sic Irenæus, Eusebius, Epiphanius, et aliquando Hieronymus; sic etiam Philastrius, Anastasius Sinaita, aliique senserunt. Verum Hieronymus, qui parem de Aquila sententiam alibi tulerat, in epistola quadam ad Damasum ait, eum non contentiose, ut alii arbitrabantur, sed *studiose* interpretatum esse. Imo *Commentariis in Habacuc* laudat illum, quod hæc verba, *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo*, secundum Christianorum mentem transtulerit; eum contra Symmachus et Theodotio, Christiani licet, in alium sensum declinarint. Et alibi quoque ejus defensionem suscipere videtur. Quare putaverim Hieronymum, in aliis locis ubi Aquilam quasi Christianis infensum carpere videtur, ex vulgari aliorum qui præcesserant sententia locutum esse; ipsumque tamen, qui plus quam cæteri omnes Aquilæ versionem tractaverat, alia opinione fuisse. *Aquila, inquit in epistola ad Damasum, qui non contentiosus, ut quidam putant, sed studiosius verbum interpretatur ad verbum.* Et in epistola ad Marcellam: *Jam pridem cum voluminibus Hebræorum editionem Aquilæ confero, ne quid propter odium Christi Synagoga mutaverit; et, ut amicæ menti fatear, quæ ad nostram fidem pertineant roborandam plura reperio.*

V. *Expenduntur loca ubi Aquila, quasi ob Christianismi odium male interpretatus, reprehenditur.*

E re autem fuerit loca illa interpretationis Aquilæ,

quæ a Patribus ut Christianæ fidei repugnantia reprehenduntur, hic proferre; ut exquiratur num: re vera Aquila de industria hæc ad aliam mentem detorserit. Qui prior Aquilam simulque Theodotionem criminatur, est Irenæus lib. III, cap. 24, ubi ait: *Non vera est interpretatio, ecce adolescentula, ut Theodotion Ephesus et Aquila Ponticus sunt interpretati. Hinc Ebionæi ex Joseph natum aiunt.* Agitur hic de Hesaia loco VII, 14: *Ecce virgo concipiet et pariet filium.* An autem ut locum detorqueret Aquila, sic versionem suam concinnaverit, nescio. Verisimile tamen est eum a voce παρθένος consulto declinasse, quia hæc maxime propheta utebantur Christiani pro sua tuenda fide. Imo nec vocem ἀπόκρυφος, *abscondita*, quam alibi pro Hebraica עֲלֵי עֲלֵי exprimens adhibet, hic usurpare voluit; quia forte hæc interpretatio puellam, quæ virorum aspectui occulta manserat, atque ideo virginem exprimebat.

Eusebius Cæsariensis *Comment. in psalm. xc, v. 9*, Aquilam et Symmachum carpit, quod doctrinam de Altissimo et de Domino, id est de Patre et Filio, suspectam habentes, τοῦδακώτερον, sive modo ad Judaicam sententiam accedente hæc Hebraica verba כִּי־אֵלֹהִים יְהוָה כִּי־אֵלֹהִים יְהוָה כִּי־אֵלֹהִים יְהוָה sic transtulerint, Aquila nempe, "Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, ὑψίστον ἔθῃκα κατοικητήριόν σου. *Quoniam tu, Domine, spes mea, altissimum posui habitaculum tuum;* Symmachus vero, Ἐὺ γὰρ, θεὸς ἀφανὲς μου, ὑψίστην ἔθου τὴν κατοικησίαν σου. *Tu enim, Deus, fiducia mea, altissimam posuisti habitationem tuam.* Quid Christianis officiant hujusmodi translationes, non satis perspicio. At Eusebius vult hæc verba: *Quoniam tu, Domine, spes mea, altissimum posuisti refugium tuum*, ut in LXX leguntur, sic intelligenda esse, ut illud, *Domine*, significet Filium; et illud, *altissimum*, quem pro refugio suo ponit Filius, significet Patrem: qua data interpretatione magis Arianismo favere videtur Eusebius, cujus scopus est Deum Filium longe minorem Deo Patre statuere, quam Aquila et Symmachus Judaismo.

Hieronymus in Hesaia cap. XLIX, 5, in hæc verba יִשְׂרָאֵל לֹא יִסְתַּבֵּר, ubi Aquila vertit, *Et Israel ei congregabitur*, hæc adnotat. *De Aquila autem non miror, quod homo eruditissimus linguæ Hebrææ in hoc loco aut simularit imperitiam, aut Pharisæorum perversam interpretationem deceptus sit, qui interpretari voluit, et Israel ei congregabitur, hoc est, Deo: cum verbum Hebraicum לו, in hoc loco non scribatur per LAMED et VAU, quod si esset, significaret ei vel illi; sed per LAMED ALEPH, quod proprie sonat non.* Hæc porro varietas interpretationum ex varietate lectionum haud dubie profecta est: nam alia exemplaria לו, et alia לר habebant, hodieque in Bibliis Massoreticis legitur לו et in margine לר. Nec quidpiam hinc in gratiam Judæorum colligi potest, quod non in aliis Scripturæ locis centies habeatur.

Philastrius Brixianensis *De hæresibus*, Aquilam in crimen vocat, quod psalmo II, v. 2, ubi LXX ver-

terunt, *adversus Dominum, et adversus Christum* A ejus, ipse transtulerit, *adversus Dominum et adversus patriam ejus*. Verum Aquila non hoc loco tantum, sed etiam alibi vocem אֲקִילָא , ἠλειμμένον , sive אֲקִילָא interpretatus est; quia nimirum putabat Χριστός et ἠλειμμένος idipsum significare. Sed tamen non videtur a voce Χριστός de industria abstinuisse: nam modo una, modo alia voce utitur, etiam ubi de Christo agitur. Sic Psal. LXXXVIII , v. 52, $\text{ὃς ὠνετίδισαν τὰ ἔχνη τοῦ Χριστοῦ σου}$ et Habacuc III , v. 15, *in salutem cum Christo tuo*. Non improbabile tamen videtur Aquilam in odium Christianismi, ἠλειμμένον fere semper posuisse, ubi אֲקִילָא reperiebatur, ut a voce Χριστός , Christianis familiari, qua Filium Dei compellabant, consulto declinaret.

Anastasius serm. 9 in *Hexaemeron*, impietatis Aquilam accusat, quod illud Gen. II , 18, $\text{וְיִשְׂרָאֵל בָּרַךְ אֶת אֱלֹהֵי אָבִיו וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים בְּרָכָה אֶת אֱדָם אֲדָמָה הִיא וְהָיָה אֲדָם אֶת אֶרֶץ אֲדָם$ verterit, $\text{Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατέναντι αὐτοῦ}$ id est, *Faciamus ei adiutorem e regione ipsius, vel coram eo*. Illud quippe κατέναντι αὐτοῦ , sic intelligi vult Anastasius, $\text{ἀντίδικον καὶ πολέμῳ}$, *adversarium et inimicum*, quasi scilicet ex Aquilæ mente Deus homini mulierem quasi adversariam et inimicum dederit. Verum, ut norunt omnes Græce periti, κατέναντι αὐτοῦ hic significat *e regione ipsius, sive ut illi astaret*: alioquin vox βοηθός , *adiutor*, quæ præcedit, Anastasii interpretationem prorsus refellit. Quis enim putet Aquilam sic interpretari voluisse, *Faciamus ei adiutorem adversarium*?

IV. *Queritur utrum Aquila idem sit qui Onkelus, et utrum Thargum Onkeli aliquam affinitatis habeat cum interpretatione Aquilæ.*

Multiplex quæstio movetur de Onkelo; ac de ipso statim nomine quæritur, an Onkelos vel Onkelus idem sit quod Aquila. Sane Onkelos vox est Hebræis extranea, et peregrinæ gentis, quæ cum Hebræice scribi cœpta est, aliquam mutationem novamque terminationem accepit. Id negari non posse videtur. Nulla autem vox propinquior τῷ Onkelos est quam Ἀκύλας , *Aquilas vel Aquila*. O enim et A

passim permutantur et confunduntur; quare prorsus crediderim idem esse nomen Onkelos, vel Ankelas, et Ἀκύλας . Id vero confirmat Thalmud Hierosolymitanum, ubi *Aquila* sæpe hac fere nominis forma memoratur. Alia subinde quæstio oritur, num Aquila interpret ille Græcus idem sit qui Onkelos, cujus nomen, ut diximus, idem videtur esse quod Aquila; an vero duo Aquilæ fuerint, quorum alius Thargum in Pentateuchum, alius scilicet is de quo nunc agitur, versionem Græcam quæ in Hexaplis ferebatur, edidit. Ex rabbinis quidam Onkelum vel Aquilam paraphrasin Chaldaicæ auctorem, longe antiquiorem putant Aquila illo qui versionem Græcam Adriani tempore edidit; qua de re videndi Brianus Waltonus, et Nicolaus Serarius *Prolegom.*

B cap. 14, quæstiuncula 4. Alii eundem esse putant Chaldaicum paraphrasten et Græcum interpretem. Ut ut vero sit, certum est paraphrasin illam Chaldaicam nihil habere cum versione Græca Aquilæ affinitatis. Nam, ut cætera taceam, in quibus omnes interpretes consentiunt, vocem בראשית Gen. I , 1, Aquila vertit, $\text{ἐν κεφαλῶν, in capitulo}$, Onkelos autem בְּרֵאשִׁית , *in principio*; moxque וּבְרֵאשִׁית Aquila, $\text{κένωμα καὶ οὐδέν, inanitas et nihil}$, Onkelos, אֵדָם אֶרֶץ אֲדָם , *deserta et vacua*. §. 2. $\text{וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָרוּחַ הַקֹּדֶשׁ וַיְשִׁבֵהוּ עַל מַיִם}$ Vulgata, et *Spiritus Dei ferebatur*; Aquila, $\text{ἐπιφερόμενον, superferebatur}$; Onkelos, $\text{בְּנִשְׁבָּא, insufflabat}$. Genesis cap. II , 6. $\text{וַיִּפְּרֹץ מַעְיָן אֶרֶץ אֲדָם}$ Vulgata, et *sons, Aquila, καὶ ἐπιβλοσμός, et scatebra vel scaturigo*; Onkelos, $\text{בְּנִשְׁבָּא, et nubes}$. §. 7. $\text{וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָרֶץ וַיְשִׁבֵהָ עַל מַיִם}$ Aquila, καὶ $\text{ἐπλασε, et formavit}$; Onkelos $\text{וּבְרָא, et creavit}$. Gen. III , 16. $\text{וַיִּשְׂרָאֵל אֶת הָאֲרָמָאִים אֶת הָאֲרָמָאִים}$ Aquila, ἡ $\text{συνάφειά σου, societas tua}$; Onkelos, $\text{דְּשִׁירָא, desiderium tuum}$. Gen. IV , 8, ait Origenes Aquilam expressisse illud Caini dictum, $\text{διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, egrediamur in campum}$, vel *egrediamur foras*, quod tamen non legitur in Onkelo. Et Gen. cap. VI , 2. $\text{וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם בְּנֵי דֵּי אֱלֹהִים}$ Aquila, οἱ υἱοὶ τῶν θεῶν, *filii deorum*; Onkelus, $\text{בְּנֵי דֵּי אֱלֹהִים, filii principum vel magnatum}$. Innumera congerere possem, unde liquidum foret nihil esse inter Aquilæ versionem Græcam et Chaldaicam paraphrasin affinitatis. Sed hæc, ni fallor, satis erunt.

CAPUT SEXTUM

De Symmachi interpretatione.

I. Multipliciter errat Epiphanius et pugnantly loquitur, dum narrat Symmachum Scripturam vertisse ante Theodotionem. II. Auctor *Synopseos* Epiphani erroris sensisse videtur. III. *Chronicon Alexandrinum* errorem Epiphani commendavit, ut et Ado. IV. An duas interpretationes ediderit Symmachus. V. Quo vertendi genere usus sit: ac de annis chronologicis primæ et secundæ ætatis, ut a Symmacho representabantur. VI. Ejus editio a veteribus admodum laudata. VII. Theodoro Heracleotæ non ita probatur

I. Multipliciter errat Epiphanius et pugnantly loquitur, dum narrat Symmachum Scripturam vertisse ante Theodotionem.

Epiphanius, conspecto Hexaplorum ordine, ubi Symmachus ante Theodotionem positus, secundum locum in Græcis editionibus occupabat, putavit Symmachum prius Theodotione editionem suam

concinuisse. Ideo ille narrationem, quam ex veteribus, atque partim ut videtur ex ipsis Origenis scriptis acceperat, mire perturbavit et *ἀσύστατα* dixit. Ait igitur Severi temporibus Symmachum Samaritanum inter sapientes gentis suæ floruisse, atque ambitione et dominandi cupidine ductum, cum apud contribules voti compos esse non posset.

ad Judæos describere, reductoque secundum illius temporis usum præputio, et accepta denuo circumcissione, inter Judæos connumeratum fuisse. Hactenus omnia quadrant. In hoc tamen differt ab Eusebio et Hieronymo, quod hi Ebionæum, id est, semi-Christianum et semi-Judæum, factum fuisse dicant; Epiphanius vero ad Judæos describere, et inter Judæos fuisse connumeratum narret. Sed Eusebii et Hieronymi testimoniis standum esse videtur: quippe qui librum Symmachi viderint, ubi ex Evangelio Matthæi Ebionitarum dogma asserere nitebatur. Quod sane non nisi Ebionitæ convenire potest. Mox autem Epiphanius probe positam a se chronologiæ notam evertit, cum ait: *Post hunc, tantillo elapso tempore, hoc est Commodi secundo, τοῦ δευτέρου, imperante, qui post Lucium Aurelium Commodum, tredecim annis imperavit, Theodotio quidam, genere Ponticus, ex Marcionis hæresiarchæ factione, cum hæresi suæ succenseret, ad Judæos defecit.* Quo posito calculo, interpretatio sub Severo facta, ætate præcesserit eam quæ sub Commodò concinnata est, quæ sunt ἀπροσδιόνυσα. Cum præsertim ille Commodum designet eum qui tredecim annis imperavit, cui post Pertinacem et Didium Julianum, qui patris mensibus regnarunt, successit Severus. Hanc vero chronologiæ rationem alio commento asserere nititur auctor Epitomes libri S. Epiphanii *De mensuris*, quam infra edemus, cum ait, Symmachum versionem suam edidisse sub Commodò Severo; Theodotionem vero sub Commodò secundo: quæ sane ruunt et consistere non possunt: nullus enim Commodus Severus imperator fuit, nullus post eum Commodus secundus exstitit.

II. Auctor *Synopseos Epiphani* errorem sensisse videtur.

Auctor vero *Synopseos*, quam falso ascriptam Athanasio putamus, ex Epiphanio quidem hausisse videtur, ut ex verborum similitudine probatur; sed sive Epiphani erroris senserit, sive emendatione alio exemplari sit usus, in notis et calculis suis a vera chronologiæ ratione minus recedit quam Epiphanius: ait enim Symmachum sub Severo, Theodotionem sub Commodò interpretatum esse, ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ, eodem tempore; qui vera dicere comperitur, si addas circiter. Imo etiam sine addito atque temperamento dici forte potest Theodotionem et Symmachum eodem tempore vertendæ Scripturæ sacræ insudasse, sed ita ut Theodotio prius, Symmachus autem modico post tempore interpretationem suam in lucem emiserint.

III. *Chronicon Alexandrinum* errorem Epiphani emendavit, ut et Ado.

Auctor vero *Chronici Alexandrini*, postquam Theodotionis editionem in annum Commodi sextum contulerat; et postea, ordine temporis procedens, Symmachi interpretationem anno Severi nono factam dixerat, sit claudit: *Hæc Epiphanius Cyprius de tribus interpretibus Aquila, Symmacho et Theodo-*

tione narravit. Hanc germanam veramque temporum rationem ab Epiphanio se accepisse testificatur ille: unde fortasse suspicio oriatur, Epiphanium ab imperito quodam homine vitiatum fuisse in exemplaribus quæ ad nos devenerunt, auctoremque *Chronici Alexandrini* longe diverso exemplari et quidem emendatiore usum esse. Sed huic suspicioni reclamare videtur editio Epiphani hodierna, cujus verba Latine tantum brevitatis causa proferrimus:

Post Aquilam hunc et illius interpretationem, Adriano imperatori succedit

Antoninus cognomine Pius, et imperat annos viginti duos.

Hunc excipit Caracallus, qui et Geta, et Marcus Aurelius Verus dicebatur, annis septem.

Hujus tempore imperavit et Lucius Aurelius Commodus, annis perinde septem.

Pertinax mensibus sex.

Severus annis octodecim.

Hujus porro Severi temporibus, Symmachus quidam Samaritanus exstitit, ex eorum numero, qui apud illos sapientes habentur, etc., ut supra narravimus. Postquam vero Symmachi historiam texuit, ita pergit:

Post hunc e vestigio subsequenti tempore, id est, circa imperium Commodi secundi, qui post prædictum Lucium Aurelium Commodum imperavit tredecim annis, Theodotio quidam Ponticus, ex successione Marcionis hæresiarchæ Sinopensis, etc. ut Tam

*immanem rectæ chronologiæ eversionem, tam præposteram imperatorum Romanorum enumerationem, vel a librariis, vel a temerario quopiam homine, in textum Epiphani inductam fuisse vix crederem. Verique similis esse arbitror, Epiphanium, indiligentem sane chronologum, cum putaret Symmachi editionem, quia ante Theodotionis versionem in Hexaplis ponebatur, esse hac antiquiorem, ut huic opinioni calculum accommodaret suum, hanc rebus et temporibus perturbationem attulisse: nam ubi postea, non multis interpositis verbis, imperatorum seriem repetit, eos suo pene ordini restituit, quia nulla facta Symmachi mentione, nihil opinioni suæ repugnans offerebatur; sic autem habet: *Post Antoninum Pium regnavit Marcus Aurelius Antoninus, qui et Verus, annis novemdecim.**

Post hunc Commodus alius imperat annis XIII, cujus tempore floruisse diximus Theodotionem, qui quartam interpretationem edidit.

Commodum hunc excipit Pertinax, et imperat menses sex.

Hinc Severus cum Antonino filio, annis XVIII. Mortuo Severo succedit Antoninus.

In hac postrema recensione Commodum non loco suo movit, quia cum nulla sub Severo Symmachi mentio fieret, nihil præconceptæ a se opinioni repugnabat; quæ opinio tam alte animo ejus defixa erat, ut licet veterum et forte Origenis ipsius testimonio edisceret, Theodotionis editionem sub Com-

modo, Symmachi sub Severo prodiisse, mallet ipse Severum ante Commodum locare, quam Theodotionis editionem Symmachi versione antiquiorem fieri. Quamobrem ubi paulo postea lectorem monet, caveat ne, quia LXX Interpretes post Aquilam et Symmachum in Hexaplis locantur, existimet Aquilam et Symmachum esse LXX Interpretibus antiquiores, neutiquam monet, ne Symmachum priorem Theodotione pari de causa putet. *Chronici* igitur *Alexandrini* auctor, in calculis peritior Epiphanio, et duabus supra memoratis imperatorum recensionebus, ab Epiphanio editis, veram utriusque interpretis ætatem, quasi ab Epiphanio mutuatus, assignavit: nec enim ignorare potuit eam, quæ sub Commodio prodiit, editionem, vetustiore ea esse quæ sub Severo. Ado item in *Chronico* veram interpretum ætatem descripsit; nam de tempore *Adriani* loquens ait: *Per idem tempus Aquila Ponticus interpres, secundus post LXX, oritur.* Et sub Commodio, *Theodotion Ephesius interpres tertius apparuit.* Idem sub Severo, *Symmachus interpres quartus agnoscitur.* Theodotionem igitur ante Symmachum editionem emisisse suam, ex iis quæ supra dicta sunt; liquidum est. Idipsum credidisse videtur Hieronymus, qui ait *Comment. in Hesaiam*, cap. LVIII, v. 6: *Pro catena LXX σύνδεσμον, id est colligationem, sive vinculum transtulerunt; Aquila sicut supra errorem interpretatus est; Symmachus, in Theodotionis scita concedens, torquem posuit.* Quo iudicat Symmachum in editione sua seculum esse interpretationem Theodotionis, utpote antiquioris; confirmatur etiam Irenæi loco, ubi carpit ille Aquilam et Theodotionem tantum, quod cap. VII *Hesaiæ* vocem *הַבְּלִיָּה* verterint *νεανίς*, *adolescentula*, non *παρθένος*, *virgo*, ut LXX interpretes. Si autem Symmachus jam editionem suam publicam fecisset, cum et ipse *νεανίς* transtulerit, an prætermittendus erat ab Irenæo? At cum ex *Chronico Alexandrino*, anno Severi nono Symmachus interpretationem suam concinnaverit, non potuit ab Irenæo reprehendi, qui anno circiter secundo ejusdem imperatoris martyrium passus esse putatur. Hinc vero corrigas velim nostram ad *Synopsis Scripturæ sacræ* notam, ubi post Dionysium Petavium diximus, Symmachum editionem suam emisisse ante Theodotionem.

IV. An duas interpretationes ediderit Symmachus.

Qua vero permotus causa ad Scripturam Græcæ interpretandam animum appulerit Symmachus, docet idem Epiphanius: quia nimirum Samaritanis infensus erat, translationem novam aggressus est, ut Samaritanorum interpretationes everteret. In *Epitome Epiphanii De ponderibus* mox edenda legitur, *εἰς διαστροφὴν τῶν παρὰ Σαμαρειταῖς ἑρμηνειῶν*, ad eversionem interpretum Samaritanorum: hæc porro interpretationes Græcæ fuisse, ex conjecturis admodum probabilibus supra statuimus. Dnas Symmachum editiones emisisse certum videtur; nec mirum est Epiphanium id præterisse,

quandoquidem nec de duplici Aquilæ editione, quæ pluribus testimoniis asseritur, verbum fecit. Hieronymus vero duas etiam Symmachum emisisse testificatur *Comment. in Nahum*, cap. III, 1, ubi ait: *In Hebræo habetur, ΠΗΡΕΚ ΜΑΛΕΑ, quod interpretatus est Aquila, ἔξαυχενισμοῦ πλήρης, id est, excervicatione plena; Symmachus autem, ἀποτομίας πλήρης, quod possumus dicere, credulitate vel severitate plena.* In altera ejus editione reperi, *μυλοκοπία; πλήρης, id est, sectionibus carniarum, et frustis per membra concisis plena.* Duæ etiam eæque diversæ Symmachi lectiones afferuntur *Hesai XLVII, 2; Osee XII, 11; Psal. CIX, 1.* Et in Appendice *Exod. XXVIII, 14.* In libris item I et II *Regum* binæ nonnunquam Symmachi interpretationes afferuntur. Vide etiam, sodes, *Jeremiæ XX, 3, et Jer. XXX, 32*, in nota. Sed quia ejusmodi exempla non ita frequentia sunt, conjectandi locus est Symmachum non duas omnino diversas editiones emisisse; sed quam priorem emisisset aliquot in locis emendasse, verbaque alia identidem substituuisse pro aliis. Alioquin si duas, perinde atque Aquila, prorsusque varias interpretationes concinnasset, quid causæ est cur cum longe elegantior et melior interpres a multis habitus sit quam Aquila, tæm paucæ tamen ex altera ejus editione lectiones afferantur, quando tot tantaque ex secunda Aquilæ editione supersunt? Hæc conjectando solum dicta sint: res enim non ita explorata est, ut tuto possimus sententiam ferre.

C V. Quo vertendi genere usus sit: et de annis chronologicis primæ ac secundæ ætatis ut a Symmacho nuperabantur.

Interpretatio Symmachi clarissima et elegantissima omnium est. Res ille ut plurimum apte ac dilucide exprimit: non verba singula scrupulose referre studet ut Aquila; non LXX Interpretes presso vestigio sequitur ut Theodotio; sed vel in difficillimis locis sensum ita legenti exhibet, ut statim intelligatur. Hebraismos raro sectatur. Summopereque curasse videtur, ne quidpiam in Græca serie poneret, quod Græcum lectorem Hebraice ignarum offendere posset: ea tamen cautela, ut Hebraicum exemplar unicum sequendum sibi proponeret, nec quidpiam ex editione τῶν Ο', ubi cum Hebraico non quadrabat, in interpretationem suam refunderet. Quamobrem in annis chronologicis ab Adamo usque ad Abrahamum, missa Septuaginta Interpretum supputatione, Hebraici semper textus annos exprimebat, ut testificatur Eusebius Emisenus in loco quem ex manuscriptis excerptum retulimus in notis *Gen. V, 5.* *Hebræus*, inquit ille, *et Syrus et Symmachus in genealogiis centum annos minus semper ponunt; exempli causa scriptum est in LXX quod Adam anno vitæ CCXXX genuerit Seth; ibi Hebræus CXXX habet. Illos autem centum annos reliquis Adami vitæ annis adjungit.* Mirum autem in recensione eorum qui Hebraicum textum in annorum calculo secuti sunt, Hebræum, Syrum et Symmachum memorari, Aquilam vero τὸν δουλεύοντα τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει præter

mitti, qui utique, ut Hebraicum semper scrupulosis quam cæteri secutus est, in annorum calculis ipsum non deseruisse putandus est. Sed vel Aquila in recensione illa Eusebii Emiseni librariorum vitio exciderit, vel quia Hebræum semper sequitur Aquila, ipsum non memorandum esse censuerit, quod putaret satis esse Hebræum nominari, ut statim sequeretur Aquilam eodem modo vertisse, utpote qui Hebræi semper vestigiis hæreat. Præterea non insolens est veteres illos, etiam ubi duo vel tres interpretes eandem ipsam lectionem præferunt, unum tantum ex illis commemorare, ut sexcenties in decursu hujus operis animadvertes. Quod ad Theodotionem vero spectat, verisimile est ipsum in genealogiis, ut et alibi frequentissime, LXX Interpretum lectionem secutum esse; nam ideo post LXX et quasi ab Aquila et Symmacho segregatus, in Hexaplis locum habebat; quia illi Hebraicum, hic LXX Interpretes sequi solebat. Symmachus itaque Hebræum quidem sequitur ut Aquila: sed ita ut hic litteram nimia sæpe religione exprimere studeat; ille vero ita Hebraicis hæreat, ut elegantia et perspicuitatis rationem habere videatur.

VI. *Ejus editio a veteribus admodum laudata.*

Hanc styli elegantiam et claritatem passim laudant Hieronymus, Eusebius alique; quorum prior ejus interpretationes frequenter admiratur et laudibus extollit, ut *Comment. in psalm. xxi, v. 31, σαφέστερον ὁ Σύμμαχος, clarius Symmachus*, ut et sæpe alibi; et versu sequenti, *σφόδρα θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος, admodum mirabiliter Symmachus*; et *psalm. xlvj, 10, οὕτως ἠρμήνευσε θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος, ita mirabiliter interpretatus est Symmachus*. Hieronymus vero de Symmacho loquens frequenter dicit, eum apertius et manifestius interpretatum esse. Et *Commentario in Amos iii, 11*, ait Symmachum non solere verborum *κακοζηλίαν*, sed intelligentiæ ordinem sequi.

VII. *Theodoro Heracleotæ non ita probatur.*

Verum, ut variant opiniones, Theodorus Heracleotes, vir ingenii perspicacitate quam fidei integritate nobilior, in fragmento quod infra edemus, animadvertit, Symmachum, dum nimia perspicuitati studet, a vero Hebraici sensu non infrequenter aberrasse. Nam cum omnia, etiam difficillima, clare reddere satageret, plerumque evenit ut eas voces

A et loquendi rationes deligeret, quæ majorem quidem perspicuitatem præferrent, sed ad Hebraicum non ita quadrarent. Ad hæc autem, similitudines, quibus abundat Hebraica lingua, Symmachus sæpe in versione sua non expressit; sicque dictorum vim et emphasim enervavit, ut cum, verbi causa, illud *psalm. lxxvii, 31, עַד אֲבִירִים*, a LXX Interpretibus sic expressum, ἡ συναγωγὴ τῶν ταύρων, *congregatio taurorum*, Symmachus, *συνόδῳ παμμεγεθῶν, congregationi prægrandium*, vertit, ut clarius rem exprimeret: et sic similitudinem illam abstulit, quæ cum quamdam ἐνέργειαν orationi inderet, nihil tamen sensui officiebat. Hæc Theodorus Heracleotes, qui aliud simileque exemplum ex eodem psalmo, *ῥ. 34*, ubi illa verba *לָרֶכֶב בְּשָׁמַיִם* B *שמירקם LXX* vertunt, τῷ ἐπιθετηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς, *qui ascendit super cælum cæli ad orientem*; Symmachus vero, τῷ ἐποχομένῳ ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ πρώτης, *qui vehitur super cælum cæli ex prima*.

Quod ad primum autem exemplum atinet, non dubito multos fore qui Symmachi partes suscipiant: nam *אביר* sæpe *ισχυρὸς fortis* vel *δυναστὴς potens* etiam a LXX Interpretibus vertitur; rarius, *ταῦρος, taurus*: hoc autem loco Hieronymus *fortium* interpretatur, Aquilam forte secutus, uti solet in Psalmis. Quod ad secundum vero exemplum, fateor mihi etiam, perinde atque Theodoro, accuratorem videri τῶν Ὁ, quam Symmachi, interpretationem. Verum non desunt alia exempla ex quibus arguatur Symmachum, dum perspicuitati et elegantia studet, a vero Scripturæ scopo aberrasse.

Attamen vere dici potest Symmachum optimi interpretis munere functum esse: etsi enim, dum claram exprimere sententiam nititur, a vero sensu nonnunquam deflectat, quid mirum, in re maxime tam ardua? Quis adeo lynceus, in tanta seriei peregrinitate, tanta obscuritate verborum, quantum innumeris in locis præfert Hebraicus textus, ut omnia semper accurate et sine sphalmate possit interpretari? Id certe humanæ non esse facultatis videtur. Cæterum Symmachus ideo fortasse liberio-rem elegantio-remque interpretandi morem sectatus est, quia videbat Aquilam, propter nimiam ἀκρίβειαν et religionem, ipso Hebraico textu sæpe obscurio-rem esse.

CAPUT SEPTIMUM.

De Theodotionis editione.

I. Quis fuerit Theodotio. II. De ratione interpretandi qua usus est. III. Cæteris interpretibus indoctor habetur.

I. *Quis fuerit Theodotio.*

Theodotio, Sinope in Ponto oriundus, Marcionita erat, ut ait Epiphanius; sed cum hæresi suæ ignota nobis de causa succenseret, ad Judæos confugit, circumcisisque est. Postquam vero Hebraicam linguam edidicisset, interpretationem et ipse suam ag-

gressus est. Hæc Epiphanius. Alii vero, nempe Eusebius et Hieronymus, aiunt Ebionitam fuisse; sive ex Judæis ad Ebionitas confugerit, sive, quia Ebionitæ pro Judæis habebantur et circumcidebantur, ad Judæos confugisse crediderit Epiphanius, quia ad Ebionitas se receperat. Hieronymus tamen, qui

eum alibi **Ebionitam** appellat, Præfatione in **Com. A Danielis**, rem in dubio relinquere videtur, cum ait: *Sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, qui nique post adventum Christi incredulus fuit, licet cum quidam dicant Ebionitam, qui altero genere Judæus est.* Ille vero non semel a Græcis, qui in Scripturam commentaria ediderunt, Θεόδοτος, Theodotus etiam vocatur, ut videas psal. LXXIII in notis, et psal. LXX, sive id librarii mendo acciderit, sive utraque terminatio in ejus nomine admissa fuerit, ita ut modo Θεόδοτος, modo Θεοδοτίων vocaretur; ut Ἀπλήτας etiam Ἀσκληπίδης, Ἰσχύρας, Ἰσχύριος et Ἰσχυρίων appellabantur. Illum autem incredulum fuisse, non autem Christianum Ebionitam, suadere videtur interpretatio loci illius celeberrimi in Daniele, cap. IX, 26, ubi Hebraica verba sunt פַּעַם שְׁבַע וְשִׁשִּׁים וְשָׁנִים וְשִׁשִּׁים וְשָׁנִים וְשִׁשִּׁים וְשָׁנִים, Aquila vero sic interpretatur, καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἑβδομάδας, καὶ ἐξήκοντα δύο, ἐξολοθρευθήσεται εὐλειμμένος, et post septem hebdomadas et sexaginta duas, exterminabitur unctus. Symmachus, Ebionita Christianus, καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας ἑπτὰ καὶ ἐξήκοντα δύο, ἐκκοπήσεται Χριστός, et post hebdomadas septem et sexaginta duas excindetur Christus. At Theodotio insignem illam de Christo prophetiam interpretatione sua quantum potuit labefactavit, et Judæorum more interpretatus est his verbis, καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἐξήκοντα δύο, ἐξολοθρευθήσεται χρισμα, et post hebdomadas sexaginta duas exterminabitur unctio, ubi Christi et uncti et Messiae mentionem sustulit, licet פִּשְׁוֹס clare in Hebraico exprimat. At Ebionitæ, etsi Jesum non crederent esse Deum, ipsum tamen pro Christo atque Messia habebant: quæ res suspicionem maximam inducit ipsum non Ebionitam, sed vere incredulum et Judæum fuisse.

II. De ratione interpretandi qua usus est.

Theodotio, ut jam præbavimus, post Aquilam et ante Symmachum interpretationem suam, impetrante Commodus, in lucem emisit: et in vertendi modo a LXX Interpretibus minus quam alii deflexit; imo etiam LXX sæpissime secutus est: quæ causa fuit, ut cum LXX delicerent, quod frequenter accidit, præsertim in libris Josue, Judicum, Regum, Job, Jeremiæ et Ezechielis, defectus hujusmodi ex Theodotione, qui styli et orationis genere similior LXX Interpretibus erat, supplerentur, asteriscis initio semper a latereque positis, donec adjectitia illa absolverentur. In libro autem Danielis, quia in LXX Interpretibus tota series præpostere posita erat, licet ei medicam admoveere manu tentaverit Origenes, illa tamen editione remota, Theodotionem ejus loco substituit Ecclesia: unde factum est ut Theodotionis editio in Daniele hodieque sola in Ecclesiis Græcis legatur, et editio τῶν Ὁ paulatim interierit. Alia item minora additamenta, quæ præmissis asteriscis editioni τῶν Ὁ inseruit Origenes, ut plurimum ex Theodotione, ob memoratam styli affinitatem, mutuatus est; non

infrequenter tamen ex Aquila, rarius ex Symmacho, desumpsit.

Licet autem Theodotio LXX Interpretum vestigio fere semper hæreat, non parem tamen ubique et in omnibus Scripturæ libris interpretandi rationem sectatus est: Aquilæ enim non raro interpretationem adoptat, ut in decursu hujus operis videbis, quando notatur A., Θ., atque etiam ubi A., Σ., Θ. Etsi enim Theodotio Symmachum ætate præcedat, posterior tamen ob causam initio memoratam locatur. Itaque ubi A., Σ., Θ., præmittitur, intelligas oportet Symmachum, ubi Aquilam et Theodotionem in vertendo convenire vidit, eosdem in editione sua sæpe secutum esse.

III. Cæteris interpretibus indoctior habetur.

Non infrequenter etiam Theodotio peculiarem sibi, ab aliisque omnibus diversam interpretationem adornat: in iisque locis longe minore quam Aquila vel Symmachus, Hebraicæ linguæ peritia instructus deprehenditur. Nam præter alia minus docti interpretis signa, quæ erudito lectori exploranda remittimus, persæpe ille verba Hebraica, quorum interpretatio non ita difficilis erat, ut vertendi molestiam declinaret, Græcis litteris expressit, exempli causa Levit. VII, 18, הַזֶּה הוּא הַפְּהֶנֶק, ipse vertit φεγγὼν ἔσται, vel, ut alius codex habet, φεγγούλ ἔσται, phengul erit, ubi Aquila et Symmachus, ἡ ἀπὸ βλητον abjiciendum, LXX, μίασμα, inquinatio, Symmachus alibi ἀργόν, inutile, alii, fetidum, vel corruptum vel abominatio, interpretantur. Et Levit. XIII, 6, חַפְּסָא Theodotio, μασφάα, ubi Aquila, ἐξανάδοσις, eruptio, Symmachus, ἐκδρασμα, ebullitio, vel ejectamentum; alibi vero ἐκφυμα, pustula; Vulgata, scabies: ejusdem etiam puto esse eodem capite, σῆθ positum pro ΠΑΩ, quod est, tumor vel cicatrix. Et Levit. XVII, 23, הַתֵּבָה Theodotio θάβελ, Thabel, Aquila vero, ἀπειρημένον, prohibitum, Symmachus ἀρῆτον, infandum, Vulgata, scelus. Et Deut. XXI, 9, כְּאֵם Theodotio vertit κόλυμα, impedimentum, quia hæc vox Græca Hebraicam pene lectionem refert, magisque respexisse videtur Theodotio ad soni affinitatem quam ad significationem, Aquila vero ἀνομοιογενές, id est genere dissimile; alii mistum vel misturam interpretantur. Et Hesaiæ LXIV, 6, עֵדִים Theodotio vertit, Ἐδδῖμ, Eddim, ubi Aquila μαρτυριῶν, testimoniorum, Symmachus, κουσῶν, parientium, Vulgata, menstruatæ, alii, centonum. Dicit fortasse quispiam Theodotionem has voces perraras, et quas alii interpretes, nempe LXX et Aquila, quasi divinando transtulisse videbantur, consulto ἀνερμηγύτους prætermisisse, quia earum significationem priscis illis perinde atque sibi, ignotam esse putabat: poterat enim ex aliis mutuari, si bene translatae ab eis putavisset. Præterea multa verba fuisse, quorum licet significatio non ignoraretur, ex usu tamen Judæorum ἀνερμηγύτητα remanebant, et litteris solum Græcis, ut Hebraice sonabant, exprimebantur; cujus rei exempla multa in LXX Inter-

pretibus occurrunt. Hæc objectio non verisimilitudine caret : at etsi aliquando in quibusdam ex allatis locis et in aliis bene multis quæ consulto

A prætermisimus, valere possit, in aliquot tamen exemplis Theodotionis vel indiligentiam vel imperitiam vix excusare possumus.

CAPUT OCTAVUM.

De reliquis editionibus.

I. Quinta, Sexta, Septima editiones, quandonam factæ sint. II. Quandonam repertæ fuerint. III. De Quinta editione. IV. De Sexta. V. De Septima. VI. De Vulgatæ editionis Latinæ præstantia.

I. Quinta, Sexta, Septima editiones quandonam factæ sint.

Quo tempore Quinta, Sexta, et Septima editiones emissæ fuerint; an alia aliam ætate longe præcedat, quæ prior, quæ posterior concinnata fuerit, quibus auctoribus singulæ; hæc, inquam, omnia æque ignota sunt, nec potest iis de rebus vel conjectando quidpiam proferri. Perindeque ignoratur an Aquilæ, Theodotionis et Symmachi editionibus illæ vel antiquiores sint, vel ætate posteriores. Si tamen Quinta, quæ anno Caracallæ septimo in doliis reperta est, et Sexta quæ tempore Alexandri Severi in doliis pariter deprehensa fuit; si ambæ, inquam, illæ in doliis hujusmodi diu latuerint, Theodotionis sane et Symmachi editiones, quæ paulo ante emissæ fuerant, ætate præcesserint. Sane verisimile videtur, vel ex ipso narrandi modo, editiones illas, quæ casu in doliis latentes deprehensæ sunt, non nuperrime occultatas fuisse, sed non paucis latuisse annis. Ex hac porro editionum collectione animadvertas, illo ævo multos fuisse, qui Hebraicis libris sacræ Scripturæ Græce vertendis insudarent : nam præter LXX Interpretes, sex alias editiones nactus est Origenes, qui fortasse non omnes quæ ante prodierant, reperire potuit.

II. Quandonam repertæ fuerint.

Quintam editionem repertam fuisse Hierichunte in doliis, ἐν πύλοις, referebat Origenes, teste Eusebio, *Hist. eccl.* lib. vi, cap. 16, et quidem, ut narrat Epiphanius, anno Caracallæ septimo. Sexta pariter editio in doliis inventa fuit Nicopoli ad Actium, tempore Alexandri Severi. Septimam item editionem nactum Origenem in Hexaplis posuisse narrat Eusebius lib. vi, cap. 16 : Ἐν γὰρ μὴν τοῖς Ἑξαπλοῖς τῶν Ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον Πέμπτην, ἀλλὰ καὶ Ἑκτην καὶ Ἑβδόμην παραθεῖς ἐρμηνεύων. Id est : *Utique in Hexaplis Psalms post insignes illas quatuor editiones, ubi non solum Quintam, sed etiam Sextam et Septimam editionem apposuit*, etc. Hæc in transcurso narrans Eusebius, in Psalmis tantum Septimam editionem fuisse memorat. Sed ipso teste Eusebio, in minoribus etiam prophetis habebatur, locum enim Septimæ ex Habacuc cap. ii ipse profert in *Demonstratione evangelica*; utrum in aliis etiam libris fuerit jam capite primo Præliminarium expensum fuit. Eusebio accinit Hieronymus *De scripturis ecclesiasticis* : *Præterea, inquit, Quintam*

et Sextam et Septimam editionem, quas etiam nos de ejus bibliotheca habemus, miro labore reperit (Origenes) et cum cæteris editionibus comparavit. Igitur ex Eusebii et Hieronymi testimoniis, quibus non licet refragari, certum est Septimam etiam editionem in quibusdam Scripturæ libris ab ipso Origene positam fuisse. Id certe ignorare non potuit Eusebius, qui ipsum Origenis autographum, una cum Pamphilo martyre, tractavit, correxit scholiisque illustravit. Attamen Septimam nusquam memorat Epiphanius, qui ut in aliis minus accurati scriptoris conspicua signa dedit, hoc item indiligerter tractasse existimandus est. Sed, quod mirum videatur, auctor *Synopseos* inter Athanasiana opera cusæ, de Septima editione ita loquitur : *Septima et postrema interpretatio sancti Luciani magni ascetæ et martyris est, qui et ipse cum in prædictas editiones cum Hebraicis conjunctas incidisset, et diligenter quæ vel deerant, vel superflua erant, inspexisset, ac suis quibusque Scripturarum locis correxisset, versionem hanc Christianis fratribus edidit, quæ interpretatio, sive ipsius manu descriptus liber, post ejus certamen et martyrium quod sub Diocletiano et Maximiano tyrannis sustinuit, repertus est Nicomediæ sub Constantino Magno imperatore apud Judæos, in pariete turrito calce circumlito, in quo custodiæ gratia positus fuerat.* Sic ille decantatam illam Luciani martyris editionem cum Septima Hexapli confudit, exque duabus unam fecit. Quod commentum Eusebii atque Hieronymi testimoniis exploditur, quorum prior, Luciano martyri æqualis, in ipso autographo vidit Septimam ab Origene ante annos plus quinquaginta in Hexaplis positam. Ad hæc vero auctoris *Synopseos* narratio respuitur ex ipsis Septimæ fragmentis, quæ, ut testificabantur Eusebius et Hieronymus, in paucis Scripturæ libris aderat : contra vero Luciani editio totam Scripturam complectebatur; nihilque aliud erat quam interpretatio τῶν Ὁ, plurimis in locis ab eodem sancto martyre emendata, quæ multis post concinnata Hexapla annis prodierat. Hinc vero corrigendus Brianus Waltonus, qui ab auctore *Synopseos* deceptus, opinatur Septimam eandem esse quam Luciani martyris editionem. Prolegom. ix, num. 20.

III. De Quinta editione.

Christianusne, an Judæus, Samaritanusve fuerit qui editionem Quintam adornavit, nec ex veterum

testimonio, nec ex ejus interpretatione colligi posse videtur: quisquis vero fuerit, multo liberiore quam Symmachus interpretandi genere usus est, ita ut paraphrasten quandoque sapiat, ut videre præsertim est in duodecim prophetis minoribus, ubi frequentiora ejusdem fragmenta habentur. Sic Osee vi, 2, vocem **וַיְבַרְכֵנוּ**, quam cæteri, *curabit nos*, vel *alligabit nos*, interpretantur, ipse vertit, **ὕγιελς ἀποδείξει**, *sanos exhibebit*. Et Osee vii, 14, hæc Hebraica verba **בִּי יִסְרָד יִתְגַּדְּדוּ יִתְגַּדְּדוּ יִתְגַּדְּדוּ**, quorum sensus est, *super triticum et vinum congregati sunt, recesserunt a me*, ipse vertit, **ὅπδ τρυφῆς καὶ πλησμονῆς σίτου καὶ οἴνου ἀπέστησάν μου**, id est, *a voluptate et abundantia tritici et vini defecerunt a me*. Sic ille fere semper liberam nec litteræ astrictam interpretationem effert, ita tamen ut a vera Scripturæ mente non recedat: quæ causa fuit ut Vulgatus interpres in his prophetarum libris non infrequenter ipsum sequi videatur.

IV. De Sexta.

Sextam vero editionem a Christiano viro concinnatam fuisse vel ex hoc uno ejus fragmento liquidum est. Habacuc iii, 13, ubi illud Hebraicum: **פְּרִשְׁתָּהּ עֵשֶׂת לְךָ כִּי עֵשֶׂת לְךָ** sic interpretatur ipse, **Ἐξῆλθες τοῦ σώσαι τὸν λαὸν σου διὰ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ σου**. *Egressus es ad salvandum populum tuum per Jesum Christum tuum*. Cujus versiculi Græca ex manuscriptis eruantur: Latina ex Hieronymo, qui addit Sextam editionem prodece manifestissime sacramentum. Hic autem interpres, perinde atque præcedens, paraphrasi gaudebat, ut in loco jam allatoprehenditur, licet nihil ibi efferat nisi mentem Hebraicæ Scripturæ. Verum in altero ejus loco longe majorem exspatiandi licentiam animadvertas. Psalm. xxxvi, 55, Hebræa sic habent: **רָאִיתִי רֶשַׁע עֲרִיץ וּמַתְעַה כְּאֵרֶץ לִירֵאָה**, id est, *vidi impium terrificum diffundentem se sicut laurus viridis*, sive, ut Hieronymus habet, *sicut indigenam eireniem*, ubi Vulgata, *vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani*; Sexta vero sic: **Εἶδον ἀπειθῆ καὶ ἀναίδῆ ἀντιποιούμενον ἐν σκληρότητι, καὶ λέγοντα, Εἰμὶ ὡς αὐτοχθῶν περιπατῶν ἐν δικαιοσύνη**. Id est: *Vidi impium et impudentem sibi vindictam in duritia, et dicentem: Sum sicut indigena ambulans in justitia*: quæ sæne paraphrasin non modo sapiunt, sed etiam superare videntur.

V. De Septima.

Septima editio Christianine an Judæi interpretis sit ex uno Habacuci cantico dijudicari potest; si tamen Septimæ sit interpretatio cantici totius, ibidem editioni τῶν **Ο** subjuncta, quod sane plus quam verisimile arbitror. In nota quippe codicis Barberini, ubi ea integra describitur, adnotatur eam versionem nec Aquilæ, nec Symmachi, nec Theodotionis esse, disquirendumque num ad Quintam vel ad Sextam editionem pertineat. Cum ergo aliunde etiam, nempe ex fragmentis quæ supersunt, certum exploratumque sit, nullius eorum esse qui supra memorantur, sequitur haud dubie esse Se-

ptimæ, quæ in Habacuc propheta suo ordine posita erat, ut liquet ex ejus fragmento cap. ii, 4, et ex nota Hieronymi ibidem γ. 13. Hic autem interpres locum supra allatum γ. 13, quem Hieronymus queritur a Symmacho et Theodotione Ebionæo more versum fuisse hoc pacto, *egressus es ut salves populum tuum, ut salves Christum tuum*, Judaico prorsus more convertit, his verbis: **Ἀνεφάνης ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ῥύσασθαι τοὺς ἐκλεκτοὺς σου**. *Apparuiti super salute populi tui, ad liberandum electos tuos*, ubi nomen Christi in Hebraico expressum **קְרִישׁ** in electos vertitur: quod sane vir Christianus non fecerit. Ex hoc item capite deprehenditur hunc interpretem admodum παραφραστικῶς vertisse, ut quisquis videre possit.

His itaque perspectis, dicendum restat, tres illas superadditas editiones, longe liberiori interpretandi genere concinnatas fuisse, quam editionem Symmachi, qui tamen magis quam Aquila et Theodotio ab Hebraica littera deflectit.

Erit forte qui reclamet iis quæ supra diximus, nempe tres illas superadditas editiones, Quintam, Sextam et Septimam, ab Origene positas fuisse in minoribus prophetis, et hæc objiciat: In codice Barberino affertur locus Osee cap. xi, v. 4, eodem columnarum ordine quo in Hexaplis erat, ubi tamen nec Quinta, nec Sexta, nec Septima comparent, unde sequi videtur illas editiones in prophetis minoribus non adfuisse. Reponam ego ex eodem codice Barberino, palam esse, in minoribus prophetis illas editiones cum aliis adfuisse, quandoquidem ibi multa passim loca ex tribus illis postremis editionibus afferuntur: cum autem librarius in illo Hexaplorum specimine quatuor solum editiones, nempe Aquilæ, Symmachi, τῶν **Ο**, et Theodotionis, posuit, id arbitrato suo fecit; sive quia tres illæ postremæ editiones cum prioribus concordabant, sive alia de causa. Certe in specimine illo columnam Hebraicam, Hebraicis litteris descriptam, prætermisit ille, etsi verisimile sit eam in exemplari suo adfuisse cum aliis.

VI. De Vulgatæ editionis Latinae præstantia.

Jam ubi de veterum editionibus singulis, quæ in Hexaplis locum habebant, disseruimus, restat ut de Vulgata Latina nostra pauca dicamus, quam D. Hieronymus harum omnium editionum adminiculo, summo labore et accuracione concinnavit. Etsi porro cum interpretaretur, Hexapla ipsa præmanibus habuerit, non ille fortuito lectiones interpretationesque quaslibet amplexabatur; sed cum delectu et consilio doctissimorum ex Hebræis eas quæ meliores et ad veram Hebraici exemplaris lectionem accommodatiores erant, Latine exprimere satagebat. Aquilam et Symmachum, interpretum omnium præstantissimos, cæteris anteferre solebat; in Psalmis autem et prophetis majoribus frequentius Aquila quam Symmacho usus esse deprehenditur; in prophetis vero minoribus non raro Quintam adhibuit editionem Aliquando etiam, missis cæteris inter-

pretibus. LXX editionem, utpote Hebraico textui A propinquiorem, sequebatur; nec infrequenter novam ille et a cæteris diversam interpretationem efferebat, quando scilicet, consultis Hebræorum magistris, nullam ex editis penitus quadrare animadvertibat. Pari in variis dubiisque Hebraici exemplaris lectionibus, quæ frequenter, ut supra dictum

est, occurrebant, diligentia solertiaque usus semper est Hieronymus; qui ut optimam deligeret, non modo Scripturæ sacræ seriem, sed etiam Hebræorum peritissimos adibat. Quare nihil mirum si tanto studio, tamque solerti opera emissam editionem, utpote omnium præstantissimam, Ecclesia Romana ab omnibus sequendam esse edixerit.

CAPUT NONUM.

In singulos Scripturæ libros, ut in Hexaplis erant, hic quædam adnotantur.

Operæ pretium erit hic singulos Scripturæ sacræ libros obiter percurrere, et quædam adnotare quæ de ipso Hexaplorum statu et ordine, tum de iis quæ nos in unoquoque libro præstitimus, observanda supersunt.

In Genesi et in Levitico, atque, ut videtur, in aliis Pentateuchi libris, præter sex illas columnas, quibus Hexapla constituiebantur, Quinta etiam editio, si fides est fragmentis quæ supersunt, suum tenebat locum; Sextam etiam adfuisse superius probatum est. Præterea interdum aderant in marginibus, ut quidem opinamur, lectiones Samaritani interpretis, atque etiam Hebræi cujusdam et Syri interpretis, de quibus fuse cap. 4. Etsi autem tantam ex manuscriptis et ex editis libris lectionum accessionem fecerimus, ut iis comparatæ illæ, quæ a Drusio collectæ sunt, paucissimæ videantur; longe majorem haud dubie facturi eramus, nisi Basilienensis codex tota pene Genesi temporum injuria mulctatus fuisset. Hunc tamen defectum abunde compensant fragmenta veterum interpretum bene multa ex Coisliniano illo perantiquo codice excerpta.

In Exodo par diligentia ab Origene adhibita fuerat. Hic perinde atque in Genesi Samaritani, Syri et Hebræi lectiones observantur. Ex Quinta editione nihil, nec inde tamen inferas non adfuisse in Exodo: nam qui tam paucas ex aliis Pentateuchi libris exhibent manuscripti codices, non mirum si nullam in Exodo attulerint. Lectiones porro interpretum, vicies saltem auctiores proferimus quam apud Drusium haberentur. In postremis capitibus, ubi ea quæ in editione τῶν O' præpostere posita erant, suo ordini restituit Origenes, non pauca ex editione illa hexapliari sic restituta, cum asteriscis et obelis proferimus ex codice Colbertino antiquissimo, cujus specimen dedimus *Palæographiæ Græcæ* lib. III, cap. 4.

In Levitico eadem observantur quæ in Exodo. Lectio Quintæ editionis habetur ad cap. II Levitici. Hic Colbertinus longe plura suppeditat quam in Exodo, ex editione τῶν O' Origeniana sive hexapliari. Lectiones autem veterum interpretum, quas magno numero proferimus, omnes pene novæ, necdum observatæ sunt.

De Numerorum libro paria dicimus. Hic tamen

nihil ex Quinta editione comparet. Aliquot in locis inserta conspiciuntur, et quidem ab ipso, ut putatur, Origene, loca illa, quæ in Samaritano textu ex Deuteronomio in Numeros translata fuerant. Quædam similiter ex editione τῶν O', Origeniana ad fidem codicis Colbertini cum asteriscis et obelis referuntur: lectionesque interpretum multæ, quarum paucissimæ observatæ fuerant a Drusio.

In libro Deuteronomii, nihil ex Origeniana illa hexapliari habetur. Cætera vero eadem fere, quæ in libro Numerorum, conspiciuntur. Veterum interpretationes, novas pene omnes, afferimus, et plures quam in aliis libris.

In libro Josue eadem præstitit Origenes, quæ in toto Pentateucho. Editionem tamen Quintam ibi non adjecisse videtur. Loca plurima mutila in editione τῶν O', ex aliis interpretibus restituit, appositis asteriscis, quæ nos, ut erant in codice Basilienensi, sine asteriscis nimirum, edidimus, et non pauca ex Coisliniano codice adjecimus. Drusius vero paucissima attulerat. Quid vero causæ sit cur lectiones a nobis allatæ, cum illis quas Masius cum asteriscis edidit, persæpe non consentiant, haud difficile est intelligere. Cum enim Masius, ut ipse testificatur, ad hæc restituenda codice Syriaco sit usus, ut lectionem Græcam Syriacæ ope assequeretur, sæpe divinarit oportet. Quamobrem lectiones nostræ longe sinceriores sunt quam Masianæ.

In libro Judicum longe plura quam in libro Josue, in editione hexapliari ab Origene restituta deprehenduntur, quæ ex Theodotione ut plurimum mutuatus est Origenes. Ea vero nunc primum in lucem edimus, Drusius enim fere nihil habuit. Capite autem nono ac decimo, quædam hexapliaris τῶν O' editionis ex vetustissimo folio nostro manuscripto proferuntur.

In libro Ruth, etsi paria præstiterit Origenes, nihil pene eorum superest.

In libris Samuelis et Regum solita industria usus Origenes deprehenditur. Ibi etiam Syri lectiones non raro afferuntur. Monetur autem in fine primi, unum olim fuisse librum Samuelis, qui duos hodiernos complectebatur, nec Aquilam divisisse primum a secundo. Magnæ porro veterum interpreta-

tionum silva, quam edimus, nunc primo prodit in lucem; Drusius vero nihil pene collegerat.

In libris Paralipomenon pauca Hexaplorum fragmenta exhibemus, quia rarissima in hos Commentaria a priscis scriptoribus edita sunt: et in manuscriptis, veterum interpretum lectiones infrequenter proferuntur.

In libros Esdræ, Nehemiæ, Estheris nihil Hexaplorum superest, licet Origenes, ut existimo, in iis eandem quam in cæteris operam navaverit. Verum in codicibus qui in manus inciderunt, nihil marginalium notarum, nihil commentariorum adest.

In libro autem Job quid præstiterit Origenes, ipse declarat in Epistola ad Africanum: hujus hic verba subjicimus.

Ex Job etiam ab his verbis: *Scriptum est autem ipsum resurrecturum, cum quibus Dominus resurgit*, usque ad finem, hæc, inquam, non exstant apud Hebræos: quare nec apud Aquilam habentur; sed apud LXX et apud Theodotionem, quoad sensum eadem sunt. Innumera quoque alia invenimus in Job, tum deficientia, tum redundantia in nostris exemplaribus, si conferantur cum Judaicis. Deficientia quidem, ut cum his verbis: *Surgens mane offerebat pro illis sacrificia, secundum numerum eorum*; additur, *vitulum unum pro peccato pro animabus eorum*. Et cum his: *Venerunt angeli Dei, ut astarent coram Deo, et diabolus venit cum eis subnectitur: Circumiens terram, et perambulans in ea*. Præterea post hæc verba, *Dominus dedit, Dominus abstulit*, apud Hebræos non erant hæc, *sicut Domino placuit, ita factum est*.

Plura autem in nostris quam in Hebræis sunt ea quæ Jobo dixit uxor ejus ab his verbis: *Quousque perseverabis dicendo: Manebo adhuc parvo tempore expectans spem salutis meæ,*

Ἄλλα καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰὼβ, τὰ ἀπὸ τοῦ Γέγραται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι, μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνίστησιν, ἄχρι τέλους, οὐ κεῖται παρὰ τοῖς Ἑβραίοις· διόπερ οὐδὲ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ, παρὰ δὲ τοῖς Ὁ' καὶ Θεοδοτίωνι τὰ ἰσοδυναμοῦντα ἀλλήλοις. Καὶ ἄλλα δὲ μυρία εὗρομεν ἐν τῷ Ἰὼβ, καὶ κατ' ὀλίγον, καὶ ἐπὶ πλεόν ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις, ἢ ἐν τοῖς παρὰ Ἰουδαίοις κατ' ὀλίγον μὲν, ὅτε, ἀνίστάμενος τὸ πρῶτ προσέφερε περὶ αὐτῶν θυσιὰς κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἐωτῶν· τὸ μὸσχον ἕνα περὶ ἀμαρτίας περὶ ψυχῶν αὐτῶν. Καὶ ὅτε, ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παρατεῆναι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ διάβολος ἦλθε μετ' αὐτῶν· τὸ περιεθῶν τὴν γῆν, καὶ ἐμπεριπατήσας ἐν αὐτῇ. Ἔτι δὲ οὐκ ἦν παρ' Ἑβραίοις μετὰ τὸ Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο.

Πλείονα δὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις παρὰ τὰ Ἑβραϊκά, ὅτε εἶπε τῷ Ἰὼβ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ, Μέχρι τίνος καρτερήσεις, λέγων Ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν προσδεχόμενος τὴν ἐλ-

πίδα τῆς σωτηρίας μου; ἕως τοῦ, Ἰτα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου καὶ τῶν ὁδυνῶν, αἶ με νῦν συνέχουσι. Μόνον γὰρ τὰ ῥητὰ τῆς γυναικὸς ἀναγέγραπται, τὸ Ἄλλ' εἰπὸν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεῖτα.

Πάλιν τε αὖ πλείστα τε ἡσα διὰ μέσου ὄλου τοῦ Ἰὼβ παρ' Ἑβραίοις μὲν κεῖται, παρ' ἡμῖν δὲ οὐχί. Καὶ πολλάκις μὲν ἔπη τέσσαρα ἢ τρία, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ δεκατέσσαρα καὶ δεκαεννέα καὶ δεκαεξί. Καὶ τί με δεῖ καταλέγειν, ἢ μετὰ πολλοῦ καμάτου ἀνελεξάμεθα, ὑπὲρ τοῦ μὴ λαθάνειν ἡμᾶς τὴν διαφορὰν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ ἡμῖν ἀντιγράφων;

In libro igitur Job, præter solitam sex columnarum operam, Origenes in editione τῶν Ὁ' plurima mutila ex Theodotione, et aliquando ex aliis editionibus, asteriscis præpositis restauravit, et hiatus magnos resarcivit, ut Ipse supra memorat. Septingentos vel octingentos versiculos ab Origene prædicto modo in locis ubi deerant repositos fuisse testatur Hieronymus, qui librum Job sic restitutum Latine transtulit, ut habetur primo tomo editionis Joannis Martianæi nostri. Hæc supplementa ex codice quodam Colbertino, et ex editione Hieronymi mutuamur. Præterea lectiones veterum interpretum longe auctiores et emendatiores damus, quam Drusius ediderat. Hic frequentes afferuntur lectiones, hac prævia nota Ὁ Ἑβραῖος, qua de re actum est capite primo.

In libro Psalmorum, præter sex solitas columnas, tres alias superaddidit Origenes, quæ Quintam, Sextam et Septimam editionem exhibebant: quarum omnium lectiones multis partibus auctiores dedimus quam Drusius ediderat.

In Proverbiis solitum sex columnarum opus edidit Origenes. Multas vero earum lectiones ex editione Romana protulit Drusius, quibus nos aliquot adjecimus, et non paucas emendavimus.

In Ecclesiaste paria præstitit Hexaplorum auctor. Ibi vero lectiones bene multas Drusianis adjecimus.

In Canticis item, præter Hexapla, duæ saltem columnæ adjectæ fuerant, nempe Quintæ et Sextæ: an Septima item editio adfuerit, incertum; Quintam vero et Sextam adfuisse probant earumdem loca quæ supersunt. Hieronymus tamen Præfatione in

usque ad hæc verba, *ut requiescam ab ærumnis meis, et a doloribus quæ me nunc detinent*. Nam (in Hebraico) hæc tantum verba uxoris ejus scripta sunt: *Sed dic verbum contra Dominum, et morete*.

Rursum plurima in medio toto libro Job apud Hebræos reperiuntur, quæ in exemplaribus nostris desiderantur; sæpius quidem (versiculi) quatuor vel tres; interdum vero quatuordecim, novemdecim, vel sexdecim. Et quid me oportet hic enumerare, quæ multo labore collegimus, ne nos lateret discrimen quod Judaica inter et nostra exemplaria intercedit?

Canticum, Quintam solum editionem memorat, atque ita loquitur: *Origenes cum in cæteris libris omnes vicerit, in Cantica canticorum ipse se vicit. Nam decem voluminibus explicitis, quæ ad viginti usque versuum millia pene perveniunt; primum LXX Interpretes, deinde Aquilam et Symmachum et Theodotionem, et ad extremum Quintam editionem, quam in Actio littore invenisse se scribit, etc.* De Sexta vero editione, quæ tamen in Canticis Hexaplis erat, ne verbum quidem Hieronymus; sive illam editionem neglexerit Origenes in Commentariis suis, sive illam Hieronymus præterniserit: quod verisimilius est; nam ut jam sæpe vidimus, ex silentio hujusmodi, nihil potest concludi. In Canticis vero præter Drusianas, alias bene multas adjecimus veterum interpretum lectiones.

In Hesaia præter Hexaplaræ opus, non paucae Syri lectiones observantur. Ibi vero interpretationes Aquilæ, Symmachi et Theodotionis longe auctiores damus quam apud Drusium habeantur.

In Jeremia præter illam sex columnarum operam, multa ex Theodotione cum asteriscis restituit Origenes, quæ LXX Interpretes consulto prætermiserant, ut ait sæpissime Hieronymus *Commentario in Jeremiam*. Ibi multa cum asteriscis addita sunt, multæque transpositiones erant, ut ait Origenes epist. ad Africanum: *Πολλὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ἐν τῷ Ἱερεμῆα κατενοήσαμεν, ἐν ᾧ καὶ πολλὴν μετὰθεσιν καὶ ἐναλλαγῆν τῆς λέξεως τῶν προφητευομένων εὗρομεν.* Id est: *Similia multa deprehendimus quoque in Jeremia, in quo frequentes transpositiones et permutationes vaticiniorum invenimus.* Horum omnium peramplam collectionem opè manuscriptorum fecimus: Drusius paucissima affert.

In Threnis Jeremiæ solius Symmachi editionem cum LXX posuit Origenes, ut ipse in quadam nota testificatur. Cur autem hic non solitam operam præstiterit, sed Aquilam et Theodotionem omiserit, conjectando solum dicere possumus: quia nimirum videbat LXX Interpretes non deficere pro more suo, sed cum Aquila et Theodotione convenire, asteriscos rarissimos posuit, imo neque editiones illas ad quarum fidem quæ deficiebant cum asteriscis supplebat, quæ redundabant obelo notare solebat, e regione locavit. Hic autem longe plures Symmachi lectiones damus, quam Drusius attulerat.

In Ezechiele pro more Hexapla concinnavit Origenes, ac præterea quamplurima, quæ in τοῖς Ὁ deficiebant, ex Theodotione, præmissis asteriscis, restituit. Horum porro tot tantaque ex mss. collegimus, ut iis comparata, ea quæ Drusius edidit nihil pene esse videantur.

Quid in Daniele præstitit Origenes docet Hieronymus Præfatione in Daniele: *Lectorem admoneo, inquit, Danielem non juxta LXX Interpretes, sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, qui utique post adventum Christi incredulus fuit: licet eum quidam dicant Ebionitam, qui altero genere Judæus est. Sed*

*et Origenes de Theodotionis opere in editione Vulgata asteriscos posuit, docens defuisse quæ addita sunt; et rursus quosdam versus obelis prænotavit, superflua quæque designans. Cumque omnes Christi Ecclesiæ, tam Græcorum quam Latinorum, Syrorumque et Ægyptiorum, hanc sub asteriscis et obelis editionem legant, ignoscant invidi labori meo, qui volui haberi nostros quod Græci in Aquilæ et Theodotionis ac Symmachi editionibus lectitant. Et si illi in tantis divitiis doctrinarum non contemnunt studia hominum Judæorum, cur Latina paupertas despiciat hominem Christianum? Cujus si opus displiceat, certe voluntas recipienda est. Hoc autem loco Hieronymus prima fronte sibi ipsi repugnare videtur. Postquam enim dixerat, Danielem non juxta LXX, sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, statim subjicit omnes Christi Ecclesias, tam Græcorum quam Latinorum, Syrorumque et Ægyptiorum, editionem Vulgatam legere, scilicet τῶν Ὁ, quæ ab Origene ex editione Theodotionis aucta et emendata fuerat cum asteriscis et obelis. In eo autem sita est difficultas, quod cum ait Ecclesias legere Theodotionis editionem, et postea easdem legere editionem τῶν Ὁ hexaplaræ, indicare videatur utramque editionem in publicis Ecclesiæ conventibus legi quod utique vix credi possit: neque enim verisimile est duas ejusdem prophetiæ editiones indiscriminatim in omnibus Ecclesiis lectas fuisse. Certum quidem est Ecclesiam Græcam Theodotionis editionem solam legisse, ut ait postea Hieronymus *Commentario in Danielem*, cap. iv, v. 5: *Exceptis LXX translatoribus, qui hæc omnia nescio qua ratione præterierunt, tres reliqui, collegam interpretati sunt. Unde judicio magistrorum Ecclesiæ editio eorum in hoc volumine repudiata est, et Theodotionis vulgo legitur, quæ et Hebræo, et cæteris translatoribus congruit.* SS. quoque Patres Græci, Chrysostomus, Theodoretus et alii, solam Theodotionis editionem semper afferunt: unde accidit ut LXX interpretum editio Danielis, tam κοινή illa quam hexaplaris ab Origene emendata, prorsus interiret, exceptis quibusdam laciniis quæ infra in collectione nostra observantur. Cum ait igitur Hieronymus editionem hexaplaræ in omnibus Ecclesiis etiam Græcorum legi, intelligas oportet eam præ manibus omnium habitam et privatim lectam fuisse, non autem in publicis conventibus, ubi Theodotionis editio una legebatur, saltem apud Græcos. De differentia porro Hebraicorum exemplarium ab editione τῶν Ὁ et Theodotionis, hæc habet Origenes epist. ad Africanum.*

Ἰσθι τοῖνον πρὸς ταῦτα, τί χρὴ ἡμᾶς πρᾶττειν οὐ περὶ τῶν κατὰ Σωσάνναν μόνον, ἐν μὲν τῷ καθ' Ἑλληνας Ἑλληνικῷ φερομένων ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, παρὰ δὲ Ἑβραίοις μὴ και-

Scias itaque ad hæc, quid nobis agendum sit non solum in iis quæ de Susanna, in Græco Græcorum exemplari per totam Christi Ecclesiam circumferentur, quæ tamen apud Hebræos non

μένων οὐδὲ περὶ τῶν, ὡς ἔρασκες, ἄλλων δύο περικοπτῶν, τῶν ἐπὶ τέλει τοῦ βιβλίου περὶ τῶν κατὰ τὸν Βῆλ καὶ τὸν Ἰρακόντα ἀναγεγραμμένων, οὐδ' αὐτῶν ἐν τῷ Δανιὴλ τῶν Ἑβραίων γεγραμμένων· ἀλλὰ καὶ περὶ ἄλλων μυρίων, ἃ κατὰ τὴν μετρίότητα ἕκων τοῖς Ἑβραίοις συγκρίναντες ἀντιγράφους τὰ ἡμέτερα, πολλὰ εὗρομεν. Ἐν μὲν γὰρ αὐτῷ τῷ Δανιὴλ περὶ τῆς καμίνου τῆς καιομένης τὸ πεπεδημένοι εὗρομεν ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις περισεύοντα παρὰ τὰ ἐν τοῖς Ἑβραίοις ἔπη οὐκ ὀλίγα· ὧν ἀρχὴ κατὰ μὲν τινα τῶν φερομένων ἐν ταῖς Ἑκκλησίαις ἦν οὕτως· Προσηύξατο Ἀνανίας, καὶ Ἀζαρίας, καὶ Μισαὴλ, καὶ ἠμνησαν τὸν Κύριον, ἕως τοῦ· Εὐλογεῖτε πάντες οἱ σεδόμενοι Κύριον τὸν Θεὸν τῶν θεῶν· ὑμνεῖτε καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰῶνων. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἀκοῦσαι τὸν βασιλέα ὑμνοῦντων αὐτῶν, καὶ ἐθεώρει αὐτοὺς ζῶντας. Κατὰ δὲ ἕτερα· Καὶ περιεπάτην ἐν μέσῳ τῆς φλογὸς ὑμνοῦντες τὸν Θεόν, καὶ εὐλογοῦντες τὸν Κύριον, ἕως τοῦ· Εὐλογεῖτε πάντες οἱ

exstant : nec solum de A aliis duabus sectionibus, ut dicis, quæ in fine libri sunt descriptæ, nempe de Belo et de dracone : quæ pariter in Hebraico Danielis textu non scriptæ sunt ; sed et de aliis innumeris quæ pro modulo nostro, dum exemplaribus Hebræis compararem nostrâ, pluribus in locis invenimus. Nam in ipso Daniele, ubi de camino ardente, illud, **B** *compedibus vincti*, invenimus ; sed in nostris exemplaribus, præter ea quæ in Hebraicis sunt, abundant versus non pauci, quorum initium, secundum quædam, quæ in Ecclesiis sunt, exemplaria, sic habebat : *Pre-* **C** *catatus est Ananias, et Azarias, et Misael, et laudaverunt Dominum, usque ad illud : Benedicite omnes colentes Deum deorum : laudate et confitemini, quoniam in sæculum misericordia ejus, et in sæculum sæculorum. Et factum est cum audiret rex illos laudantes, et videret eos viventes. At secundum alia exemplaria : Et ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, et benedicentes Dominum, usque ad illud : Benedicite omnes colentes Dominum Deum deo-* **D** *rum, laudate et confite-*

σεδόμους τὸν Κύριον τὸν Θεὸν τῶν θεῶν. Ὑμνεῖτε καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Συνήπτο δὲ ἐν τοῖς Ἑβραίοις τὸ Καὶ οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι οἱ τρεῖς Σεδράχ, Μισάχ, Ἀβδερεγῶ, ἔπεσον εἰς μέσον τοῦ πυρὸς πεπεδημένοι τὸ τε· Ὁ βασιλεὺς δὲ Ναβυχοδονόσορ ἐθαύμασε, καὶ ἀνέστη ἐν σπουδῇ, καὶ ἀπεκρίθη καὶ εἶπε τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ Ἀκύλας δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει ἐκδίδωκεν εἰπὼν, φιλοτιμότερον πεπιστευμένος παρὰ Ἰουδαίου ἡρμηνευκέναι τὴν Γραφήν, ἢ μάλιστα εἰδόθαι οἱ ἀγγοῦντες τὴν Ἑβραίων διάλεκτον χρηθῆσθαι, ὡς πάντων μάλλον ἐπιτετευγμένῳ. Τὰ δὲ παρ' ἡμῖν ἀντιγραφα, ὧν καὶ τὰς λέξεις ἐξεθέμην· τὸ μὲν ἦν κατὰ τοὺς Ὁ· τὸ δὲ ἕτερον κατὰ Θεοδοσίονα· καὶ ὡς περ παρ' ἀμφοτέροις ἔκειτο τὸ περὶ τὴν Σωσάνναν, ὡς σὺ φῆς, πλάσμα, καὶ αἱ τελευταῖαι ἐν τῷ Δανιὴλ περικοπαί, οὕτω καὶ ταῦτα ἐν ἑσῶν, ὡς στοχασμῷ εἰπεῖν, τυγχάνοντα διαχοσίοις καὶ πρὸς.

mini, quoniam in omnia sæcula misericordia ejus. Connectebatur autem in Hebræis hoc : *Et tres illi viri, Sedrach, Misach, Abdenego, ceciderunt in medium ignis vincti* ; et hoc etiam : *rex Nabuchodonosor miratus est, et surrexit festinanter, et respondit, dixitque magnatibus suis*. Sic enim Aquila, Hebraicæ lectioni serviens, edidit ; quem Judæi Scripturam studiosius interpretatum esse credunt : quo maxime uti solent ii qui Hebraicam dialectum ignorant, utpote qui maxime omnium sensum assecutus sit. Nostra autem exemplaria, quorum etiam voces exposui, aliud secundum Septuaginta Interpretes erat, aliud secundum Theodotionem : et sic^t apud utrumque positum reperiebatur illud Sannæ, quod dicis sfigmentum, ita quoque ista, versibus, ut conjectura dici potest, ducentis et amplius.

In duodecim prophetis, non modo sex columnarum opus adornavit Origenes, sed etiam tres alias editiones, Quintam, Sextam, Septimam adjecit, ut ex eorum fragmentis sparsim positis liquidum est. Ex his porro omnibus editionibus, omnia pene nova proferimus,

CAPUT DECIMUM.

De notis ad Hexapla vel Tetrapla spectantibus.

I. De notis cognitis. II. De notis incognitis. III. Probatnr, contra Brianum Waltonum notam α' significare tres interpretes, Aquilam, Symmachum et Theodotionem.

I. De notis cognitis.

In manuscriptis codicibus pervetustis qui Hexaplorum lectiones præferunt, notæ quædam occurrunt, ab iis, ut videtur, excogitatæ, qui illas lectiones interpretationesque veterum in marginibus Bi-

bliorum exscribent ; idque compendii causa, ne easdem voces integras sæpius repetere cogentur. Earum porro notarum interpretationem nusquam reperimus descriptam, sed diuturna tractatione exercitationeque pene omnium explicationem asse-

curi sumus: aliquot tamen supersunt quas interpretari frustra tentavimus. E re autem fore putavimus eas omnes hic proferre: primo positus iis quorum sensus in notitiam venit, postremo aliis quæ hæcenus ignotæ nobis sunt.

Ἑξαπλᾶ, *Hexapla*. Hæc vox sic sine compendio semper scribitur: aliquando tamen Ἑξαπλ. per omnes casus, qui, ut plurimum, per præmissum articulum indicantur, τὰ Ἑξαπλ. τοῖς Ἑξαπλ.

Δπ. *Tetraplᾶ, Tetrapla*, hac persæpe nota per omnes casus significantur. Exempla non pauca vide in libro Job. Aliquando etiam solam litteram Δ significare puto *Tetraplᾶ* sed res non usque adeo explorata est. Vide quæ ea de re diximus Ezech. xvi, v. 4 et 30, in notis.

O. Oἱ Ἑβδομήκοντα, Septuaginta Interpretes.

A. Ἀκύλας, Aquila.

C. Σύμμαχος, Symmachus.

Θ. Θεοδοτίων, Theodotio.

E. Πέμπτη ἔκδοσις, Quinta editio.

Ϛ. Ἑκτη ἔκδοσις, Sexta editio.

Z. Ἑβδομή ἔκδοσις, Septima editio.

⚭ et Λο. Λοῖποί, Reliqui interpretes. Ubi advertendum est hanc notam apponi aliquando cum omnes alii interpretes in versione sua conveniunt, et a LXX differunt: similiterque post allatam Aquilæ, Symmachi vel Theodotionis lectionem; si reliqui interpretes pari modo cum LXX interpretentur, tunc apponitur nota ⚭; nec raro etiam, cum unus omnino differt ab aliis, cæteri autem parvam exhibent vocum discrepantiam, tunc enim neglecta illa tenui lectionum varietate, unius lectio affertur, præcedente nota ⚭ vel λο, quod non semel experti sumus: nonnunquam etiam quando duo solum consentiunt; vel etiam cum tenue inter ipsos discrimen intervenit, una pro duobus lectio ponitur, cum nota Oἱ λοῖποί. Interdum item οἱ λοῖποί dicitur quando unus tantum interpres allatam versionem habet, ut exemplis sæpe probavimus in hujus operis decursu.

Oἱ Γ', Tres interpretes, scilicet Aquila, Symmachus et Theodotio. Rarissime etiam, ubi vel Aquila vel unus ex tribus, interpretationem habet a LXX diversam, et LXX cum aliis duobus conveniunt, tunc οἱ Γ' significare possunt LXX et duos alios eandem lectionem habentes; quod postremo tamen exploratum adhuc non est. Brianus Waltonus putat notam οἱ Γ' alios tres interpretes indicare, non Aquilam, Symm., et Theodot., sed ne probabili quidem ratione ductus, ut infra probabitur.

Oἱ Δ', Quatuor interpretes. Hæc nota aliquoties occurrit in Hesaia, ut cap. ix, v. 14, ubi ad hæc Hebraica verba, שְׁנַיִם מִנִּי, legitur apud Curterium, Oἱ Δ', αὐτός κεφαλῆ, ubi in LXX editionis Romanæ, αὐτῆ ἡ ἀρχῆ. Hic autem Oἱ Δ' non dubito quin significant quatuor Græcos interpretes qui in Hexaplis erant nempe A., Σ., Ο', Θ. Altera vero lectio, αὐτῆ ἡ ἀρχῆ, erat τῆς Κοινοῦς, seu Vulgatæ editionis. Nam,

ut dictum est capite 3, editio hexaplaris τῶν Ο', longe diversa erat ab illa Κοινοῦ, ita ut etiam in manuscriptis τῶν Ο', editionem referentibus, in margine οἱ Ο', quasi diversam omnino interpretationem habentes a fronte variæ lectionis sæpe apponantur, nonnunquam soli, sed frequentius cum aliis interpretibus sic: Ο', Θ, vel Σ, Ο', Θ, vel Α, Σ, Ο', Θ, ubi littera Ο' editionem hexaplaris τῶν Ο' significat. Oἱ Δ' autem non significare Tetrapla, ut suspicatur Brianus Waltonus in Appendice, p. 123, ipse articulus probat. Nunquam enim dicitur Oἱ τετραπλοῖ, Oἱ ἑξαπλοῖ, sed τὰ τετραπλᾶ, τὰ ἑξαπλᾶ. Igitur quemadmodum οἱ Γ', οἱ Τρεῖς, id est, *Tres interpretes*, sic nota, οἱ Δ', οἱ Τέτταρες, *Quatuor interpretes* significat, et quidem, ut certum videtur, eo quo supra diximus modo.

Π. Hæc littera significat πάντες, id est, omnes interpretes: qua de re nulla jam potest esse difficultas; siquidem ubi codex Basiliensis Π habet, Coislinianus passim πάντες expresse refert. Joannes Curterius Præfatione in Procopium putat legendum Πάμφιλος, *Pamphilus*, nempe martyr ille qui cum Eusebio Hexaplis emendandis et illustrandis vacavit. Et quidem negare non ausim hanc litteram Pamphilo indicando nonnunquam deputari, ut Ὀρ. *Origenem* significat; sed nullum adhuc ea de re perspicuum exemplum occurrit mihi, quamobrem res in dubio versatur.

Π χω vel χ δῖω ου, sæpius vero legitur πᾶν pro Π. Hæ notæ persæpe occurrunt in lib. Judic. ad marg. cod. Basil., et aliquando sic διωρθ. ου. Π. χω, quæ interdum conjunctim positæ sunt, non infrequenter etiam separantur. Earum porro interpretationem conjectando dedimus in nota ad Jud. i, 14, ita ut διωρθ significet διώρθωσα, *emendavi*, quo pacto legitur in margine codicis RR. PP. Jesuitarum Ezech. cap. xlv, v. 12, ita ut nulla circa notam hanc difficultas superesse videatur, ου significet οὐτως, *sic*. Ubi notes διωρθ. nonnunquam poni sine subjuncto ου perspicuum vero mihi videtur διωρθ. ου. significare διώρθωσα οὕτως, *emendavi sic*, et cap. xi, v. 34, διωρθ, ἀγαπητή, *emendavi, ἀγαπητή, dilecta*, quia prius legebatur μονογενής, *unigenita*. Nota vero Π significat haud dubie πάντες, *omnes interpretes*, ut ex supradictis liquidum est: χω, id est, ut prorsus existimo, *χωρίς, separatim*. Ita ut hæ notæ διωρθ ου, Π. χω, sive conjunctim, sive separatim positæ, significant *emendavi sic, omnes separatim*, id est, omnes interpretes separatim spectati sic habent. Dixi in nota Jud. cap. i, v. 14, editiones separatim vel seorsim positas, non eas significare quæ in Hexaplis positæ erant, ubi aliquot fortasse mutationes invectæ fuerant, sed eas quæ separatim in libris descriptæ erant; verum re diligentius examinata, verisimilius esse puto eas ipsas quæ in Hexaplis descriptæ erant hic indicari. Vix enim credentem librariorum et scholiastarum qui notas illas marginales invexerunt, præter Hexapla, ad manum etiam habuisse editiones separatas distinctasque Aquilæ,

Symmachi et Theodotionis. Vocem autem χω-
 ρίς, *separatim*, ideo apposuisse videntur ut editiones
 illas interpretum distinguerent a lectionibus eorum
 quæ in editione τῶν Ο' hexaplarum cum asteriscis in-
 sertæ fuerant, quæ lectiones non jam separatim, sed
 conjunctim cum illa LXX Interpretum editione
 spectabantur : illud vero jam quasi pro certo et ex-
 plorato habeo. Ut ad supradictas notas redeam
 Iud. 1, v. 21, ubi in textu legitur ἐκληρονόμησαν, in
 margine codicis Basiliensis legitur ἐξήραν, et mox
 adjicitur πᾶν, id est, *omnes sic habent*, ἐξήραν videli-
 cet, et sic sæpe πᾶν solum ponitur. Et v. 27, ubi in
 textu Basiliensis legitur ἐξήρε, in marg. habetur,
 ἐκληρονόμησε, cum subjuncta nota, παντ. χω. *πάντες*
χωρίς, qua significatur omnes interpretes separatim
 in columnis suis spectatos, ἐκληρονόμησεν habere,
 et sic identidem eadem nota παντ. χω. ponitur. Et
 cap. 11, v. 9, in textu ejusdem codicis legitur, ἐν
 θαυμαθαρές, ubi ad marginem habetur πάντ. ου. ἐν
 θαυμαθαρές, quæ certe nihil aliud significare pos-
 sunt quam omnes sic habere ἐν θαυμαθαρές. Lou-
 ge difficiliores explicatu sunt aliæ notæ eod. cap. v.
 13, ubi ad illud, τῷ Βαάλ, legitur hac forma.

θ'. τῷ. δ. τῆ.

δ. χω. θ. ου.

Ubi prior nota haud dubie significat Theodotio-
 nem legere, τῷ Βαάλ, LXX vero τῆ Βαάλ. Nota vero
 sequens quæ sic exponitur Ο. χωρίς. θ' οὕτως, quid
 sibi velit non satis intelligo. Hæc vero nota passim
 repetitur : forte significat *Septuaginta separatim*, et
Theodotionem similiter. Altera nota sæpissime oc-
 currit, nempe Ο. θ. χω, id est LXX et Theodotio
 separatim sic habent. Et cap. 14, v. 5, ubi legitur τῆς
 Βα:θίλ, in margine scriptum est :

τῆς δ δ ου

δ θ' χω

Primam vero notam sic lego Ο. Ο. οὕτως, id est
 utraque editio τῶν Ο', nempe Κοινή et hexaplaris
 sic habent, τῆς. Altera vero nota Ο. θ. χωρίς signifi-
 cat, ni fallor, LXX separatim, id est Κοινήν, et
 Theodotionem in sua columina, separatim item, sic
 habere. Aliquando sic ordinantur hujusmodi notæ,
 ut Œdipo prorsus egeant, ut cap. 14, v. 12, in textu
 Basiliensis legitur εἰς, in margine vero ἐπί et postea
 subjunguntur notæ hoc situ :

θ'. χω. Ο. ου

δ. θ'. ἀπό

θ' ου.

Ut autem concludatur, hæc uno verbo dicam, nota
 δδ ου haud dubie significare videtur, διώρθωσα, *corre-
 xi, emendavi*, ut exemplo comprobatur, ου οὕτως si-
 bi velle vix est quod dubitetur ex supradictis; πᾶν,
 id est, certissime, *πάντες*, ut exemplis frequentibus
 arguitur; χω non videtur aliud quam *χωρίς* signifi-
 care posse. Harnum vero notarum usus omnes expli-
 care, donec quid clarius emergat, humanæ non vi-
 detur esse facultatis.

Τὸ ἔσω. Hujus notæ usus conspicuus est in codi-
 ce Coisliniano egregiæ notæ x sæculi, ubi quando

Aquila vel Symmachus, vel Theodotio cum LXX
 consonant et lectionem habent eandem quæ in tex-
 tu τῶν Ο' legitur, in margine scribitur Α. τὸ ἔσω,
 Σ. τὸ ἔσω, id est, Aquila vel Symmachus idipsum
 habent, quod intus sive in textu legitur. Peculiari
 autem modo notatur I Reg. xxv, 31, ubi Coislin. in
 textu τῶν Ο', βδέλυγμός ita punctis notatum habet;
 in margine vero Α. Θ. τὸ ἔσω, id est, Aquila et Theo-
 dotio habent ea quæ intus, sive in textu sunt, non
 notata punctis, nempe λυγμός. Et vere alii mss. ha-
 bent Α. Θ. λυγμός, *singultus*.

Φ. Hesaiæ xiv, v. 6, et alibi sæpe significat Ori-
 genes, ut diximus *Palaographiæ Græcæ* p. 225.
 Joannes Curterius illam siglam expressit per litte-
 ram Φ, quod notam codicis Marchaliani, nunc RR.
 PP. Jesuitarum, non intelligeret. Nam ibi sic notata
 depingitur ut eam hic expressimus.

ἀνέπιγραφος. Hanc notam apponendam duxi-
 mus, quia Nobilius, ac post eum Drusius existima-
 runt, hic ἀνέσπερον significari, esseque nomen cu-
 jusdam interpretis vel scholiastæ, quem Anesperum
 vocant. Significat autem *Anonymus*, vel ad litteram
Anepigraphus, sive *sine auctoris epigraphæ*. Vide
 Num. cap. xxix, γ. 16. Ut autem scias quantam er-
 rorum silvam hæc nota sic posita pepererit, pauca
 exscribam ex adnotatione quadam nostra in codice
 Coisliniano, numero 5. Eodem in codice, qui est Ca-
 tena in Leviticum, Numeros, etc., imperitus libra-
 rius qui codicem scripsit, illam notam in antigra-
 pho suo videns, sæpissime legit 'Ανεστω, aliquando
 'Ανέμπου, item 'Αναπέμπη, alibi 'Ανοστω, semel
 'Αθανασίου, aliquando etiam recte ἀνεπιγράφου, se-
 mel item Συνεστω. Hæc porro nota nostra asseritur
 ex collatione alterius Catenæ ejusdem bibliothecæ,
 ubi ad singula supra memorata nomina legitur ἀνεπι-
 id est, ἀνεπιγράφου.

ΔΥΝ διάλειψις, ΔΥΝ ἀνάπαυσις. Sic legitur in
 margine codicis Coisliniani Levit. xv, 6, quæ
 respiciunt vocem קטב, in LXX expressam Σάββατα,
Sabbata. Vix potest deprehendi an legendum sit
 ΔΥΗ, vel ΔΥΝ, sed non dubito quin legendum sit
 ΔΥΝ, et significetur δύνатаι. Ita ut hæc nota, quæ
 respicit vocem קטב, sic legatur, δύνатаι, διάλειψις,
 δύνатаι, ἀνάπαυσις, id est, vox Σάββατον valet sive
 significat, cessatio, et significat requies.

II. De notis incognitis.

μ ϩ ϩ ᾱ. Hæc nota reperitur Job cap. xvii,
 γ. 3, in codice Colbertino, num. 1952, ubi a l hos
 quatuor versiculos,

Τίς ἐστιν οὗτος τῆ χειρὶ μου συνδεθῆτω,
 Ὅτι καρβαν αὐτῶν ἐκρυψαν ἀπὸ φρονήσεως.
 Διὰ τοῦτο οὐ μὴ ὑψώσῃς αὐτούς.
 Τῆ μερίδι ἀναγγέλλει κακίας

hæc adnotantur ✕ ex θ. οἱ δ', id est, *hi quatuor
 στιχοὶ seu versiculi ex Theodotione*; deinde adjici-
 tur μ ϩ ϩ ᾱ ✕ c. ✕ ✕ Hæc autem significare pro-
 prius videntur *μόνος πρὸς πρῶτον, solus ad primum*,
 id est, primum versiculum ex Theodotione solo
 desumptum esse; deinde secundum tertium et

quartum Symmachi pariter et Theodotionis esse : A Γ quam a se invicem diversi. Dein cap. xlii, § 9, idemque usus hujusmodi notarum alibi etiam reperitur. Hæc porro vix quidpiam difficultatis habere viderentur, si constaret semperque idem esset harum notarum usus : verum non ita res est ; nam Job xi, 25, in hæc verba, εἰπὼς πληρῶσαι γαστέρα, notatur in eodem codice θ'. ✕ β ϩ ἀντὶ τοῦ ὄπῳς, quo significari quidem videtur solum Theodotionem habere εἰπὼς, et inde in LXX invecum fuisse ; alios autem ὄπῳς legerè ; sed nota β ϩ quid sibi velit non ita facile est divinare. Plus etiam negotii facessit alia nota Job cap. xxi, §. 21, in hosce duos versiculos :

Ὅτι τὸ θέλημα αὐτοῦ ἐν οὐκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ
Καὶ ἀριθμοὶ μηνῶν αὐτοῦ διηρέθησαν.

Ubi legitur in eodem codice ✕ ἐκ θ'. οἱ β' οὕτω τοῦ Θεοῦ ϩ ϩ ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ. Τί γὰρ χρῆζει τῆς οἰκίας αὐτοῦ μεθ' αὐτοῦ. Quæ omnia quasi hariolando ibi explicare conati sumus ; sed hæc ad speciem sufficiant.

Oi Γ. χδς. Hæc nota habetur in codice RR. PP. Jesuitarum colleg. Ludovici Magni, qui codex prophetas minores et postea majores complectitur. In hanc igitur vocem, תרנח, Thren. i, 8, quam LXX εἰς σάλον vertunt, sic notatur C. oi Γ. χδς ἀνάστατον. Si stet illa lectio χδς, εἰς ἀμηχανίαν agor ; verum puto hic χδς pro χῳς legi, et hac voce significari χωρίς, atque ita sensus erit Symmachum, qui solus in Threnis cum LXX in Hexaplis ab Origene locatus fuerat, ut supra diximus, habere ἀνάστατον, et tres interpretes separatim, et extra Hexapla, nempe Aquilam et Symmachum et Theodotionem, eandem præferre lectionem.

οὐὼς ζ O. Hæc vel similis ipsi nota significat ὁμοίως τοῖς O', quam cum non intelligeret Joan. Curterius, ὄμως τε O' fere semper legit.

III. Probatur contra Brianum Waltonum notam oi Γ significare tres interpretes Aquilam, Symmachum et Theodotionem.

Brianus Waltonus in *Appendice Polyglot. Anglican.*, p. 123, exemplis probare nititur oi Γ, quæ frequentissime in codice Marchaliano, nunc RR. PP. Jesuitarum, occurrit, non significare Aquilam, Symmachum et Theodotionem ; ejus verba referre ne gravemur :

« Oi Γ, qui toties occurrunt in margine codicis Marchaliani, non videntur fuisse Aquila, Symmachus et Theodotio, quod nonnullis visum : idque primo quia Hesaiæ x, 29, ad vocem Ἀγγαί, separatim hi omnes et distincte adducuntur, imo et diversimode interpretantes. Θ. vero signanter eo loci κατάδωμα vertisse dicitur, quod κατάλωμα legendum potius, cui mox apponitur ὄμως ; oi Γ. At vero si dicti modo interpretes iidem essent qui oi Γ, certe quod subjungitur ὄμως oi Γ non minus nugaciter et inepte adderetur, quam si quis diceret, Clotho, Lachesin et Atropon, imminere stamini vitæ humanæ, quin etiam et tres Parcas hoc ipsum facerè : fuerunt ergo alii et alii, non minus a τοῖς

Γ quam a se invicem diversi. Dein cap. xlii, § 9, ad vocem ἀνατεῖλαι, cum — sic se habet margo : oi Γ ἀναγγεῖλαι, Θ. βλαστῆσαι, A. ἀναφυῆναι. nonne hæc tanta tamque distincta interpretationum varietas, varietatem arguit auctorum ? Denique cap. lxxvi, § 8, ad voces εἰ καὶ sub + margo sic habet : ὄμως oi Γ, oi O' η, ὄμως τε A. Θ., unde constat Aquilam saltem et Theodotionem non minus diversos esse a τοῖς Γ quam oi O' sunt. (*Forte per oi Γ tres editiones, Origenis vel Eusebii Luciani, et Hesychii denotantur.*)

Hactenus Brianus Waltonus. Sed cum perspicuis ac bene multis exemplis probaverimus oi Γ nihil aliud significare quam Aquilam, Symmachum et Theodotionem, dicit haud dubie eruditus lector B aliam Waltonum querendam fuisse difficultatum suarum solutionem, et frustra pugnasse doctum virum, notam oi Γ alios a memoratis interpretes vel auctores significare.

Illam vero notam oi Γ non in codice Marchaliano tantum occurrit, sed etiam in aliis vetustissimis codicibus, ad libros maxime Judicum, Regum, Psalmorum et Prophetarum omnium. Ex his porro libris exempla mutuabimur, quæ nihil dubii, ut arbitrator, relinquunt.

Jud. cap. i, 31, ubi Hebraicum habet הָלַח, editio Romana Δωμανά, Coislinianus vetustissimus codex, septimi circiter sæculi, in margine habet OI Γ καὶ τὸ Ἑβραϊκόν, Naald. Et versu sequenti Hebr. הָלַח, LXX Δαλάφ, Coislin. in margine, OI Γ καὶ τὸ Ἑβραϊκόν, Ἀαλάδ. Quinam illi oi Γ nisi Aquila, Symmachus et Theodotio ? quomodo hi tres legere potuerint has voces Hebraicas, nisi ut supra leguntur post notam oi Γ ? Cur vero scholiastes ille codicis Coislin. tres illos claros interpretes omiserit, quos sæpe separatim in medium adducit, ut tres alias editiones, quæ nusquam aut separatim aut conjunctim memorantur adduceret ? Quod autem magis urget eodem cap., v. 35. Ad has voces Hebraicas וַיִּשְׁעוּ בְּאִזְנוֹתָיִם וַיִּשְׁעוּ בְּאִזְנוֹתָיִם notat Coislinianus, OI Γ καὶ τὸ Ἑβραϊκόν, ἐρ Ἀλλῶν καὶ ἐρ Σαλαβελρ ; Basiliensis vero codex pervetustus, OI λοιποὶ, ἐρ Ἀλλῶν καὶ ἐρ Σαλαβελρ. Nemo ambigere potest oi Γ et oi λοιποὶ idipsum esse : oi λοιποὶ autem, seu reliqui interpretes, ut liquidum est, iidem semper sunt, qui in Hexaplis locum habebant. Et Jud. cap. xii, § 1, ad vocem וַיִּשְׁעוּ, oi Γ βερβάρ. At secundum Hieronymum, A. Σ. hic βερβάρ habent, atque etiam Theodotio in textu τῶν O', qui ad Theodotionem correctus fuerat. Ubi notes Eusebium et Hieronymum, Aquilam et Symmachum tantum, Theodotionem vero rarissime commemorare in libro *De locis Hebraicis*. Sed in exemplum adeo perspicuum, ut ne mutire quidem contra liceat cap. xv Jud., § 9. Hebr. וַיִּבְרַח, LXX ἐν Δεχί, Coislin. vero in margine, OI Γ ἐρ σιάγορι, Basiliensis, OI λοιποὶ, ἐρ σιάγορι, Eusebius, A. Σ. ἐρ σιάγορι, Hieronymus, Aquila et Theodotio interpretantur maxillam ; ipsa luce clarius est hic oi Γ. et λοιποὶ, et A., Σ., Θ. idipsum esse.

Eusebium perspicuitatis est locus ille III Reg. xvii, A 6, ubi codex Regius habet : A., Σ., Θ., ἀρτον και φέας τὸ πρωτ, et Coislinianus alter codex eandem lectionem affert, præmissa nota οἱ Γ'. Quid ergo sunt οἱ Γ' aliud quam A., Σ., Θ'? Et IV Reg. xxi, 20, πῖπτα οἱ Γ', ἐν εἰρήρῃ, quid aliud vertere potuerunt A., Σ., Θ., quam ἐν εἰρήρῃ? Moneo tamen aliam ibi Symmachi lectionem esse, nempe, ἐν Ἱερουσαλήμ, sed illud nihil negotii facessit, nam sæpe duæ Symmachi lectiones proferuntur, ut supra diximus, ex duabus nempe ejus editionibus desumptæ.

Psalm. xlix, 1, Eusebius et manuscripti habent : A., Σ., Θ., ἰσχυρὸς ὁ Θεός, Theodoretus vero, οἱ Γ', ἰσχυρὸς ὁ Θεός, jam ergo a multis retro sæculis obtinuit usus ut A., Σ., Θ. dicerentur οἱ Γ' vel οἱ τρεῖς. Evidentissime autem psalmo xciii, ubi LXX titulum habent : Ψαλμὸς τῷ Δαυτῷ, codex unus habet, Ἀνεπίγραφος παρὰ τοῖς Γ' και Ε' και Γ'. Id est psalmus caret inscriptione apud tres interpretes, et apud Quintam et Sextam. An quis negaverit hic τοῖς Γ' significare Aquilam et Symmachum et Theodotionem? Eadem vero ipsa nota referitur ad initium psalmi xciv.

Hesaiæ vero cap. 1, γ 4, codex Marchalianus habet : οἱ Γ', ποιηρευομένων, licet notam οἱ Γ' Curterius non exscripserit. Ibi vero Hieronymus : Cæteri, sequentes Hebræum, ΜΕΡΕΙΜ interpretati sunt « pessimorum. » Quinam illi cæteri, nisi A., Σ., Θ., qui et οἱ Γ'? Et Hesai. vi, 6, cod. Marchal., οἱ Γ', ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Hieronymus vero, Aquila, Sym. et Theodotio, « in manu ejus ; » quid clarius? Sed quod nihil relinquat dubii ipse Curterius ex mss. Hesaiæ viii, 21, Δὸ δὴ και οἱ τρεῖς, Ἀκύλας, και Συμμ., και Θεοδοτίων οὕτως ἠρμήνευσαν. id est, quapropter tres interpretes Aquila, Symmachus et Theodotio, sic transtulerunt. Si hæc advertisset Waltonus, nunquam negasset οἱ Γ' sive οἱ τρεῖς esse A., Σ., Θ. Æque perspicuum est illud Hesaiæ xi, 15, ubi Eusebius ait : οἱ τρεῖς συμφώνως οὕτως ἠρμήνευσαν, και ἀναθεματίζει Κύριος τὴν ἡλώσσαν θαλάσσης Αἰγύπτου. Ibi vero Hieronymus : Desolabitur igitur sive interficiet, hoc est, ἀναθεματίζει, ut Theodotio, Aquila et Symmachus transtulerunt, « linguam maris Ægypti. » Et Hesaiæ liv, 16, 20, cod. Marchal. οἱ Γ', ἐν πυρὶ. quinam illi tres nisi A., Σ., Θ.? nam quomodo A., Σ., Θ., 20, 21, vertere potuerint, nisi ἐν πυρὶ? Idem dicas cap. lv, 1, ubi γη οἱ Γ' οἶνον. Et ibid. v. 5, γη, οἱ Γ' ἰδού. et cap. lvi, 10, 27, 28, οἱ Γ', οὐκ ἔγνωσαν. et lviii, 4, γη οἱ Γ', ἰδού. Quinam alii possint in his exemplis intelligi οἱ Γ' nisi Aquila, Symmachus et Theodotio?

Idipsum autem dixeris Ezech. iv, 13, 20, 21, ubi codex Marchal., ✕ οἱ Γ', τὸν ἀρτον αὐτῶν ἀνάθαρτον. ubi notandum est hic et in allatis exemplis sæpe notam οἱ Γ' præmissum asteriscum habere, quia lectiones trium interpretum cum asterisco in editionem τῶν Ο' hexaplaem ab ipso Origene in-

ductæ fuerant, quod certissimum est, id vero quibusnam aliis, quam Aquilæ, Symmacho et Theodotioni convenire possint? et quomodo quadrare valeat ad editiones Eusebii, Luciani et Hesychii, quæ multis post Origenem annis primo prodire. Nota οἱ Γ', asterisco præmissa, habetur etiam Ezech. xi, 15, ubi nonnisi ad A., Σ., Θ., pertinere potest, ut liquet tum ex asterisco, tum ex vertendi more. Et Ezech. xi, 44, 27, 28, 29, cod. Marchal., ✕ οἱ Γ', λέγει Κύριος. et xlii, 4, 27, 28, ✕ οἱ Γ' Κυρίου, similiaque multa adjicere possemus. Verum hæc plus quam satis erunt.

His perspectis nemo non dicat, Brianum Waltonum, in quantumcunque se ἀμυχαντα ex præmissis difficultatibus deductum putaret, non satis consulto fecisse, cum ut iis se expediret, affirmavit οἱ Γ' non significare Aquilam, Sym. et Theodotionem : nam quidvis potius dicere oportuit quam rem certissimam negare.

Jam ad Briani Waltoni argumenta veniamus. Hesai. x, 29, ad vocem ἀγγαί, inquit, separatim et distincte adducuntur (Aquila, Symm. et Theodotio) imo et diversimode interpretantes. Θ. vero signanter eo loci κατάδωμα vertisse dicitur, (quod κατάλωμα legendum potius,) cui mox apponitur ὁμῶς οἱ Γ'. At vero si dicti modo interpretes iidem essent qui οἱ Γ', certe quod subjungitur ὁμῶς οἱ Γ', non minus nugaciter et inepte adderetur, quam si quis diceret, Clotho, Lachesin et Atropon, imminere stamini vitæ humanæ, quin etiam et tres Parcas hoc ipsum facere ; fuerunt ergo alii et alii, non minus a τοῖς Γ' quam a se invicem diversi.

Ut propositam difficultatem facilius intueas, observes oportet, hic in textu codicis Marchaliani a Curterio editi legi, Καί ἤξει εἰς Ἀγγαί. Φόβος λήψεται Παρὰ πόλιν Σαούλ. φεύξεται θυγάτηρ, etc. In margine vero ad vocem Ἀγγαί, has notas consequenter legi.

A. ΑΥΛΙΣΤΗΡΙΟΝ

Σ. ΑΥΛΙΣΜΟΣ

Θ. ΚΑΤΑΛΩΜΑ ΟΜΩΣ

ΟΙ Γ.

✕ ΧΡΕΜΕΤΙΣΟΝ ΦΩ

ΝΗΝ ΣΟΥ

Hic si ὁμῶς οἱ Γ' (.ege ὁμοίως οἱ Γ') necessario conjungatur cum A., Σ., Θ., interpretationibus præpositis, ita ut post datam singulorum lectionem, quæ respicit vocem Hebraicam חַיִל, huic adjungatur ὁμοίως οἱ Γ', recte hæret Waltonus, cum dicitur tres similiter vertisse, postquam diversæ trium lectiones allatæ sunt. Verum facilis erit difficultatis solutio, si dicamus ὁμοίως οἱ Γ' respicere quamdam ex sequentibus vocibus, vel clausulis, et male conjungi hanc notam cum præcedenti, quod sexcenties accidit. Itaque opinor, ὁμοίως οἱ Γ' conjungendum esse cum sequenti lectione marginali ✕ χρεμέτισον φωνήν σου, חַיִל אֱלֹהֵי צָדִק : nam sic has voces vertere solent A., Σ., Θ. Itaque sensus erit similiter tres interpretes, nempe A., Σ., Θ., χρεμέτισον φωνήν

σου. Hæc omnino verisimilitia sunt. Si tamen alio modo te expedire velis, cave dicas unquam, οἱ Γ' non significare A., Σ., Θ., id quippe non licet post tot allata testimonia. Cæterum ὁμῶς male a Curterio lectum fuisse pro ὁμοίως, sæpe ostendimus. Hic etiam male κατάδωμα, pro κατάλυμα legitur, ut observat Waltonus.

Alterum Waltoni argumentum hujusmodi est : *Dein cap. xlii, γ. 9, ad vocem ἀνατεῖλαι cum — sic se habet margo* : Οἱ Γ', ἀναγγεῖλαι, Θ. βλαστῆσαι, A. ἀναρῆσαι; nonne hæc tanta tamque distincta interpretationum varietas varietatem arguit auctorum?

Hæc si accuratius examinasset Waltonus, manifesta vel librarii vel Curterii menda duo deprehendisset. Primum est, quod οἱ Γ' legatur pro Ο', C., id est LXX et Symmachus, quæ mutatio facilis. Id vero docet eadem Curteriana editio, ubi ad hæc verba legitur in *Commentario* Procopii, ὁ Σύμμαχος εἶπεν, πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι, etc. Secundum mendum est, quod utrobique legatur ἀναγγεῖλαι pro ἀνατεῖλαι, nunquam enim vocem ΠΠΩΠη vertisset Symmachus ἀναγγεῖλαι. Itaque notam sic legas Ο', Σ., ἀνατεῖλαι, Θ. βλαστῆσαι, A. ἀναρῆσαι. Nam LXX ut Symmachus ἀνατεῖλαι primitus habuere.

Tertium argumentum profert Waltonus : *Denique, ait, cap. lxxvi, v. 8, ad voces et καὶ sub + margo sic habet*, "Ὅμῶς οἱ Ο', ἦ, ὁμῶς τε A., Θ., unde constat Aquilam saltem et Theodotionem non minus diversos esse a τοῖς Γ' quam οἱ Ο' sunt. (Forte per οἱ Γ' tres editiones, Origenis vel Eusebii, Luciani et Hesy-
chii denotantur.) Hactenus Waltonus. Posterius vero

A commentum de tribus editionibus jam exsufflatum est.

Quod ad notam vero attinet, dico ita legendum esse, 'Ὅμοίως οἱ Γ', οἱ Ο', ἦ ὁμοίως τοῖς A., Θ., ut passim probatur in notis ad Hesaiam : nam in Marchaliano codice, ubi ὁμῶς legitur, post M. supra scribitur lineola quæ significat οἰ : quamobrem legendum ὁμοίως· ubi Curterius legit τε, T solum habetur, supra posita recurva linea, quæ efficit articulum τοῖς, ut ipsis oculis inspexi. Hac posita lectione dico primam notam 'Ὅμοίως οἱ Γ' vel pertinere ad aliquam vocem prius positam, vel significare tres interpretes et καὶ habere, ita tamen ut οἱ Ο' ἦ ὁμοίως τοῖς A., Θ. id est, LXX et Aquila et Theodotio ἦ pro et habeant. Ut ut vero sit, errorem librarii his in casibus potius suspiceris, quam rem luce clariorem neges, videlicet τοῖς Γ' esse Aquilam, Symmachum et Theodotionem.

Certe librarios in hujusmodi notis non infrequenter errare deprehendimus, ut Coislin. eximius codex III Reg. xv, 12 : Ο', Γ', τὰς τελετὰς, ὁμοίως οἱ Γ', ubi illa repetitio τοῦ Γ' vitio inducta fuit; et Vaticanus psalm. xvi, 2, in hæc verba οἱ ὀφθαλμοί σου sic notat : A., Σ., Θ., ὁμοίως οἱ Γ', quanquam hic recte explicari possit, *Aquila, Symmachus et Theodotio, tres similiter habent*, quod ita Gallice exprimi valeat, *Aquila, Symmaque et Theodotion ont tous trois de même*. Hæc pluribus persequi necesse duximus, ne eruditissimi et de republica litteraria bene meriti viri conatu a vera sententia quidam abducerentur.

CAPUT UNDECIMUM.

I. Hexaplorum apographa perpauca facta sunt, quare. II. Variæ Hexaplorum lectiones in marginibus Biblorum collectæ. III. Quinam ex scriptoribus ecclesiasticis Hexaplorum libris sint usi. IV. Quandonam Hexapla perierint.

I. *Hexaplorum apographa perpauca facta sunt, quare.*

Quantæ fuerit operæ Hexapla Origenis integra describere, et res ipsa per se clamat, et Hieronymus testificatur, qui ait Præfatione in librum Josue, Hexapla sumptu et labore maximo indigere. Sane quisvis conjicere valet quanti laboris fuerit Græcis calligraphis, Biblia sacra primum Hebraica lingua, quam ut plurimum ignorabant, depingere; Hebraica deinde Græcis litteris e regione perscribere; postea vero quatuor ut minimum, aliquando sex vel septem interpretum editiones, uno conspectu, et e regione ponere, ea scilicet accurate, et una aliam non excederet. Id sane præstare pauci ex calligraphis poterant. Ad hæc, cum illo ævo, in libris saltem hujusmodi, nonnisi uncialis character usurparetur, qui longe majus spatium occupabat, ac præter illas Hebraici textus interpretumque columnas, multa in marginibus Origenes apposuerit, monita scilicet, nominum propriorum aliorumque interpretationes, quæ latos margines desiderabant; per-

quam minimam sane textus Biblici partem singulis in paginis haberi necesse fuit: quibus perpensis, vix quinquaginta amplæ molis voluminibus comprehendendi Hexapla omnia potuisse putaverim. Cumque ipse Origenes, qui primus Hexaplorum opus, sumptum suppeditante, ut putatur, Ambrosio, concinnavit, etsi tachygraphos septem et totidem calligraphos ad manum semper haberet, iis tamen adornandis multos consumperit annos, probabile sane est perpaucos post Origenem fuisse, qui hujusmodi commoda, una cum adipiscendi desiderio, et pecunias et calligraphos et membranas pro voto haberint.

II. *Variæ Hexaplorum lectiones in marginibus Biblorum collectæ.*

Hinc autem evenit ut plerique a tam ardua re suscipienda deterriti, quo minoribus impensis quæ præcipua in Exaplis erant nanciscerentur, lectiones Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, atque alias, quæ majoris esse momenti videbantur, in marginibus.

exemplarium τῶν Ὁ exscribi curarent. Et quia in delectu, opinionum plerumque divortia fieri solent, dum alius aliud adnotandum putat, inde accidit ut in variis Bibliorum codicibus lectiones interpretum varie descriptæ sint; ita et pauci reperiantur manuscripti qui eædem repræsentent: inde vero factum est ut longe plures veterum lectiones variis in libris sese obtulerint. Inter hos autem codices, longe cæteros superant Coisliniani duo: quorum unus unciali quadro charactere descriptus sexto circiter vel septimo sæculo, complectitur Octateuchum et libros Regum, cum quibusdam hinc et inde hiatus, qui temporum injuria acciderunt; alter vero decimi sæculi, libros Regum, Paralipomenon, Esdram, Estherem, Judith, et Machabæos, cum magna in libros Regum interpretationum marginalium copia: sed hic, ut et alii omnes manuscripti, in libris Paralipomenon pauca; in cæteris nihil habet. His accedit Regius decimi tertii circiter sæculi, qui multas in libris Regum lectiones veterum affert. Magno item usui fuit codex RR. PP. Sancti Basilii Romæ, decimi sæc., quem Basilianum vocamus, hac supellectile marginali onustus, qui Heptateuchum continet, sed tota pene Genesi truncatus est. Nec prætermittendus Regius alter num. 1871, decimi sæculi, ex cujus marginibus multa excerptimus. Inter præstantissimos computandus codex Prophetarum bibliothecæ RR. PP. Jesuitarum collegii Ludovici Magni, unde multa in Jeremiam c. Ezechielem mutuati sumus: nam Hesaias jam editus a Joanne Curterio fuerat, et in cæteris prophetis fere nihil marginalium interpretationum habetur. Præter veterum interpretum lectiones, hic asterisci et obeli passim, nonnunquam in textu, sæpius in marginibus adnotantur. Ex hoc codice plura excerptere poteramus, nisi præcipitem ei operam dare coacti essemus: nam ad quatuor tantum dies, rogante Mæcenate nostro em. carl. d'Estrées, ejus nobis copia facta est. Memorandus item codex Colbertinus in Jobum, recens quidem, sed ex veteri, ut creditur, descriptus, unde multa ad Institutum nostrum spectantia mutuati sumus. Non tacendus item Barberinus in Prophetas, cujus varias lectiones in Appendice *Polyglottorum* edidit Brianus Waltonus. De aliis manuscriptis minoris pretii, quorum magnam copiam nacti sumus, in fronte singulorum librorum actum est. Hæ nobis Hexaplarium interpretationum reliquæ supersunt in manuscriptis. Nam Hexapla ipsa, ut ab Origene concinnata fuerant, ita funditus perierunt, ut ne particulam quidem eorum ulli uspiam conspiciere licuerit.

III. Quinam ex scriptoribus ecclesiasticis Hexaplorum libris sint usi.

Præter codices manuscriptos, unde veterum interpretationum pars magna prodit, amplam nobis segetem obtulerunt scriptorum veterum Commentarii, qui pro litteræ sensu assequendo plerumque Aquilæ, Symmachi, Theodotionis aliorumque interpretum lectiones usurparunt. De singulis porro iis

A qui Hexaplis sunt usi, si quædam hic paucis proferamus, non ingratum lectori erit.

PAMPHILUS martyr, ideo prior numeratur, quia antequam ullus scriptorum qui supersunt Hexaplis uteretur, codices Hexaplorum cum Eusebio emendasse fertur in nota codicis RR. PP. Jesuitarum, exscripti ad fidem Hexaplorum, quæ penes Apollinarium cœnobiarcham asservabantur, ut in eadem nota dicitur.

EUSEBIUS Pamphili, præter eam Hexapla emendandi operam, quam cum Pamphilo suscepit, scholia insuper adjecit, ut in eadem nota fertur. Ad hæc autem innumeras pene veterum interpretum A. S. Th. lectiones attulit, *Commentariis in Psalmos et in Hesaiam*, in libro *De locis Hebraicis*, in *Præparatione et Demonstratione evangelica*, et in fragmentis Commentariorum in alias Scripturæ partes. Quare magno nobis in his edendis subsidio fuit.

ATHANASIUS, Hexaplis non ita frequenter usus, binas tamen Aquilæ lectiones suppeditavit; alteram in libro cui titulus: *Omnia mihi tradita sunt a Patre*; alteram in *Commentariis in Psalmos*.

CALCIDIUS, qui an Christianus, an gentilis fuerit, incertum est, eodem circiter tempore, Hexaplorum locum attulit, ut videas in principio Genesis. Alii eum ætate longe posteriorem esse putant; sed id disquirere non est præsentis instituti.

ASTERIUS sophista, qui eodem pene tempore *Commentaria in Psalmos* adornavit, an Hexaplis sit usus, necne, nondum ita perspectum est.

DIDYMUS cæcus, Alexandrinus, Hexaplorum lectiones in Commentariis suis attulit, sed non ita frequenter.

THEODORUS Heracleota, Arianus, Hexapla passim adhibuit, eaque docte tractavit, ut multis in locis videre est. Ejus Commentariorum fragmenta bene multa exstant in Catenis variis.

EUSEBIUS Emesenus in Commentariis, quorum fragmenta Catenæ exhibent, Hexaplis est usus, sed raro, ut videtur.

HILARIUS semel Hexapla usurpasse deprehenditur *Commentario in Psalmos*.

EUSEBIUS Vercellensis *Commentarios Eusebii in Psalmos* Latine transtulit, lectionibus Hexaplorum respersos.

DIODORUS Tarsensis, in sacra Scriptura apprime versatus; Hexaplorum notitiam plenam habuisse videtur, ut ex ejus fragmentis quæ in Catenis supersunt, deprehenditur.

EPIPHANIUS Cypri, lectiones veterum interpretum non semel attulit, et Historiam Hexaplorum partim ex Origene, ut videtur, mutuatus, fuse descripsit.

BASILIIUS Cæsariensis hexaplares interpretationes parum tractavit.

GREGORIUS item Nyssenus, ejus frater, Hexaplis raro usus est.

APOLLINARIUS Laodiceus in Commentariis suis Hexaplorum lectiones parcissime attulit.

AMBROSIUS Mediolanensis modicum Hexaplorum

usum habuisse deprehenditur, similiterque AUGUSTINUS et PHILASTRIUS.

RUFINUS, qui magnam Origenis operum partem Latine interpretatus est, Hexaplorum notitiam plenam habuisse videtur: quibus tamen raro est usus, ut ex ejus, quæ supersunt, scriptis deprehenditur.

JOANNES CHRYSOSTOMUS lectiones veterum interpretum frequentissime profert, maxime autem *Commentariis in Psalmos*, ubi raro interpretes nomine suo exprimit, sed voce ἄλλος utitur.

HIERONYMUS plus quam cæteri omnes, uno fortassis Eusebio excepto, Hexaplis est usus: de Hexaplorum ordine sæpe disseruit, de singulis interpretibus multa dixit: eorum interpretationes in *Commentariis* suis et in aliis opusculis sæpe attulit. Editionem Latinam veterem adjunctis asteriscis et obelis publicavit. Præterea interpretationem Latinam novam adornavit, quæ hodierna *Vulgata* est, ubi Aquila, Symmacho, et non semel Sexta editione, quando ea aderat, usus est. Et in aliis quidem libris Symmachum frequenter sequitur, Aquilam item non raro; in Psalmis vero, Aquilæ ut plurimum hæret, Symmacho infrequentius, aliquando etiam LXX Latine exprimit. Hæc sparsim adnotavimus in hujus operis decursu.

HESECHUS Salonitanus, qui a nonnullis cum Jerosolymitano confunditur, *Commentarium* edidit in *Leviticum*, quem Latine primitus scriptum fuisse prorsus existimo: neque enim ullatenus olet interpretationem ex Græco factam. Ibi vero veterum interpretum Aquilæ, Symmachi et Theodotionis lectiones frequenter adhibet. *Commentaria* illum sua non Græce, sed Latine edidisse vel hinc evincitur, quod in *Catenis* Græcis in *Leviticum*, quæ magno numero variis in bibliothecis habentur, nihil ex Hesechio Græce uspiam compareat.

THEODORUS Mopsuestenus cujus et *Commentariorum* fragmenta in *Catenis* exstant, et *Commentaria in Prophetas* integra in bibliothecis servantur, LXX semper sequitur, Hexaplorum vero interpretationes varias parum adisse videtur.

VICTOR Antiochenus, in fragmentis *Commentariorum*, quæ in *Catenis* supersunt, interpretes Hexaplorum raro adhibuisse deprehenditur.

POLYCRONOS, ut ex fragmentis ejus in *Cantica*, in *Job*, in *Ezechielem* et in *Danielem*, quæ in *Catenis* exstant, arguitur, Hebraice doctus fuit, Hexapla penes se habuit, iisque frequenter usus est in expositionibus suis.

CYRILLUS Alexandrinus Hexaplorum lectiones rarissime attulit.

THEODORETUS in *Commentariis* suis veterum interpretum lectiones, ut in Hexaplis erant, sæpiissime affert, iisque sagaciter utitur, operumque magnam tulit in hac edenda collectione.

JOANNES Philoponus *Commentario in Hexaëmeron*, Genesis primum fere caput integrum secundum interpretationes Aquilæ, Symmachi et Theodotionis nobis conservavit.

A PROCOPIUS Gazæus in *Octateuchum*, in libros *Rægum et Paralipomenon* et in *Hesaiam*, *Commentaria* edidit, ac persæpe interpretationes veterum quæ in Hexaplis erant in medium adduxit, maximeque *Commentario in Hesaiam*, quem ita mutilum ad nos devenisse dolemus.

ANASTASIUS secundus Antiochenus, non infrequenter in suo Hexaëmeron opere veterum interpretum fragmenta attulit.

ANASTASIUS, Nicænus metropolita, *Commentario in Psalmos* Græce, qui integer servatur in bibliotheca Coisliniana, veterum interpretum lectiones raro adhibet.

B HESYCHIUS Jerosolymitanus *Commentarium in Psalmos* emisit, qui hodieque in aliquot bibliothecis Græce asservatur, cujus et fragmenta in *Catenis* edita sunt, veterum interpretum lectiones infrequenter attulit.

OLYMPIODORUS, episcopus Trices in Thessalia, ut in codice quodam Coisliniano decimi circiter vel undecimi sæculi dicitur, *Commentariis in Ecclesiasten*, in *Job* et in *Jeremiam*, nobilitatur, ubi Hexaplis frequentissime, maxime in *Job*, usus est.

EUTHYMIUS Zygabenus *Commentaria in Psalmos* emisit, ubi Hexaplarium editionum lectionibus aliquando utitur, ex marginibus scilicet *Bibliorum* et ex aliis *commentariis* mutuatus; vix enim putaverim Hexapla ad ejus tempus devenisse, nam vixit undecimo sæculo.

IV. *Quandonam Hexapla perierint.*

C Jam restat ut disquiramus quo tempore tam nobile tantoque labore partum opus funditus interierit. Id ex raritate exemplarium accidisse, ut supra dictum est, certum habemus: initio enim satis habebant, si eas, quas meliores existimabant veterum interpretum lectiones, in marginibus *Bibliorum* describerent. Infimis vero sæculis etiam ab hac marginalium lectionum adnotatione cessatum est; unde contingit ut lectiones illæ et interpretationes in antiquissimis codicibus sæpius reperiantur, secus autem in recentioribus. Cum priora igitur Hexaplorum exemplaria vetustate consumpta fuissent, exscribendi negligentia totum opus in perniciem ivit. Id vero quandonam acciderit nullo scriptorum testimonio indicatur. Certum quidem videtur primigenium Tetraplorum et Hexaplorum Origenis exemplar in celebri illa Cæsariensi martyris Pamphili bibliotheca remansisse; eam bibliothecam commemorat codex *Epistolarum S. Pauli* Coislinianus, quo antiquior alter non superest, ut quidem arbitror. In nota quippe ad calcem posita dicitur, illum ipsum codicem collatum fuisse Cæsareæ in bibliotheca S. Pamphili, ad exemplar ipsius Pamphili manu descriptum: Ἀντεβλήθη καὶ πρὸς τὸ ἐν Καισαρίᾳ (sic) ἀντιγραφοῦ τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἁγίου Παμφίλου χειρὶ γεγραμμένου τοῦ αὐτοῦ. In eadem bibliotheca descriptus fuerat exemplar abbatis Apollinarii cœnobiarchæ, qui in vicinis Cæsareæ locis degisse videtur: nam exemplar illius, quod ad præ-

phetiam Hesaïæ spectat, ab Hexaplis ipsis desumptum fuerat, et cum altero Hexaplorum volumine collatum; quod ad Ezechielem vero pertinet, exemplar Apollinarii exscriptum ab Hexaplis, correctum fuerit ad fidem Tetraplorum, quæ Origenis ipsius manu emendata et scholiis illustrata fuerant: quibus scholiis alia scholia in eodem exemplari adiecerat Eusebius Cæsariensis, atque idipsum exemplar Pamphilus et Eusebius correxerant. Hoc autem exemplar in bibliotheca Pamphili, cujus manu emendatum fuerat, existitisse non dubium. Hæc porro omnia ediscimus ex notis codicis Marchaliani, nunc RR. PP. Jesuitarum collegii Ludovici hæpi, quas attulimus supra (col. 00). Ille vero

A codex sæculo circiter VIII, ut ex characteris forma existimatur, ad fidem exemplaris Apollinarii exscriptus est.

Tetrapla igitur et Hexapla ipsa Origenis in bibliotheca Pamphili Cæsareæ servabantur, ubi cum ipsa bibliotheca perierunt, aut cum urbs a Persis sub Chosroe capta fuit, aut non diu postea, cum in Arabum potestatem post diuturnam obsidionem delapsa, hisce aliisque omnibus ornamentis spoliata fuit. Quia vero paucissima, ut supra diximus, eorum apographa facta fuerant, hæc ipsa diuturnitate injuriaque temporum ita perierunt, ut ne vestigium quidem eorum, ut ab Origene fuerant concinnata, remanserit.

ANECDOTA QUÆDAM.

MONITUM.

Anecdota nonnulla, quæ ad veteres Scripturæ interpretationes pertinent, commodiorem hoc nullum occupare locum posse putavimus. Primum est Origenis, et prodit ex codice Regio, num. 1807, egregiæ notæ, decimi sæculi, cui prorsus similis eademque manu scriptus exstat in bibliotheca Vaticana, in quo non modo pagine, sed etiam lineæ singulæ eadem semper voce desinunt. In neutro autem codice nomen scriptoris præfert hoc opusculum. Sed esse Origenis certissimum est: nam postremam ejus partem non minimam offert Hieronymus in epistola ad Marcellam, quæ in postrema editione habetur tom. II, p. 706, ubi sic Hieronymus: Quod si tibi non videtur onerosum, quid Origenes de Diapsalmate senserit, verbum interpretabor ad verbum: quia novitia musta contemnis, saltem veteris vini auctoritate ducaris.

Sæpe quærens causas, etc., ut infra.

Libro autem I adversus Rufinum, p. 363: Certe etiam Origenes patriarchen Huillum, qui temporibus ejus fuit, nominat: et tricesimum tomum in Isaiam, in cujus fine edisserit: Væ tibi civitas Ariel, quam expugnavit David, illius expositione concludit: et cum aliter prius sensisse se dicat, doctus ab illo, id quod verius est confitetur. Octogesimum quoque nonum psalmum, qui inscribitur: Oratio Moysi hominis Dei: et reliquos undecim, qui non habent titulos, secundum Huilli expositionem, ejusdem Moysi putat: nec dedignatur Hebræam Scripturam interpretans per singula loca, quid Hebræis videatur, exponere. His autem postremis verbis alteram opusculi partem carptim, sed evidenter, commemorat. Hac tamen in re differt ab Origene, quod hic patriarcham Judæorum Ἰουλλόν, Jullum, ille Huillum, vocet: sed id levissimum est. Quod autem Huillo tribuat id quod ab alio erudito Judæo edidit, qui tunc, ut ait Origenes, cum Huillo erat, nihil negotii facessit: potuit enim Hieronymus Huillo tribuere quod alius ipso præsentem et approbante dixerat.

Secundum Origenis opusculum exscriptum a me fuit ex codice Vaticano num. 754, hoc titulo: Ὑπόμνημα Ὀριγένους εἰς τοὺς Ψαλμοὺς, Hypomnena seu Commentarius Origenis in psalmos. Estque in medio mutilus: videturque fuisse prologus Commentariorum ejus in Psalmos. Agitur autem de Psalmorum titulis, et carptim de iis qui Psalmorum librum collegerunt.

Tertium Origenis opusculum est fragmentum ex codice Regio, num. 1818, decimi sæculi, qui est Cutena in Psalmos. Agitur ibi de veteribus Hebræorum characteribus, quos ait alios fuisse ab hodiernis, scilicet sui temporis. Exstat Latine in Catena Danielis Barbari, inobservatum hactenus.

Quartum opusculum est Epiphani De LXX Interpretibus, καὶ τῶν παρερμηνεύσαντων, quod ad litteram significat, De iis qui perperam interpretati sunt, sive, de iis qui interpretando, Scripturam adulterarunt. Estque Epitome eorum quæ Epiphanius libro De ponderibus et mensuris de variis interpretibus narrat; ac non semel a narratione illa fusiore differt, qua de re superius actum est ubi de Symmacho. Utrum autem ab ipso Epiphanio hæc Epitome concinnata fuerit, an ab alio, non ita facile est statuere. Ut ut vero sit, prodit hoc opusculum ex duobus codicibus, Regio nempe 1807 et Vaticano, qui ambo decimo sæculo, et eadem, ut videtur, manu descripti sunt, ut supra diximus.

(Fragmenta Origeniana exhibet novissima Operum Origenis recensio Benedictina, quæ in nostra reviviscit. Vide tomum nostrum duodecimum, Origenis secundum. Opusculum De LXX Interpretibus exstat inter Epiphani Opera max edenda. Edit Pat.)

TESTIMONIA IN VETERES INTERPRETES.

Irenæus lib. III, cap. 24.

Ἰων vera est interpretatio, *Ecce adolescentula*, A interpretati. Hinc Ebionæi ex Joseph natum ut Theodotio Ephesius et Aquila Ponticus sunt aiunt.

Orig. Comment. in Matthæum, Huet. p. 384, tom. I.

Nunc autem magna deprehenditur exemplarium differentia, tum propter scribarum indiligentiam, tum propter quorundam audaciam pravamque scripturæ emendationem; tum etiam propter eos qui, dum corrigerent, quædam pro arbitrio addiderunt vel detraxerunt. Huic porro differentiæ quæ in exemplaribus Veteris Testamenti occurrit, Deo juvante remedium attulimus, reliquis editionibus usi, ut ex iis iudicium faceremus. Nam quæ apud LXX Interpretes propter exemplarium varietatem dubia erant, e reliquis editionibus æstimatione facta, quæ cum illis conveniebant retinuimus; quædam vero, utpote quæ in Hebraico non exstarent obelis notavimus, ea penitus auferre non ausi, quædam autem alia cum asteriscis adjecimus, ut hinc indicaretur nos ea, quia in LXX Interpretibus non reperiebantur, ex reliquis editionibus ut in Hebræo erant adjecisse.

Νυνὶ δὲ δηλονότι πολλὴ γέγονεν ἡ τῶν ἀντιγράφων διαφορὰ, εἴτε ἀπὸ ῥαθυμίας τινῶν γραφῶν, εἴτε ἀπὸ τολμῆς τινῶν μοχθηρῶς τε διορθώσεως τῶν γραφομένων, εἴτε καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ἑαυτοῖς δοκοῦντα ἐν τῇ διορθώσει προστιθέντων, ἢ ἀφαιρούντων. Τὴν μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης διαφορῶν, Θεοῦ διδόντος εὐρομεν λάσασθαι, κριτηρίῳ χρησάμενοι ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσιν. Τῶν γὰρ ἀμφιβαλλομένων παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα διὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων διαφορῶν, τὴν κρίσιν ποιησάμενοι ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων, τὸ συνᾶδον ἐκείναις ἐφυλάξαμεν, καὶ τινὰ μὲν ὠβελίσσαμεν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ μὴ κείμενα, οὐ τολμήσαντες αὐτὰ πάντῃ περιελεῖν, τινὰ δὲ μετ' ἀστερίσκων προσεθήκαμεν, ἵνα δῆλον ᾖ ὅτι μὴ κείμενα παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα ἐκ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων συμφώνως τῷ Ἑβραϊκῷ προσεθήκαμεν.

Ibid., p. 439.

Quod si dicti sensum accurate ediscere velis, audi Aquilam sic interpretantem.

Εἰ δὲ τὸ ἀκριβὲς βούλει μαθεῖν τῆς λέξεως ἄκουε Ἀκύλου ἑρμηνεύσαντος.

Orig. Comment. in Joan., Huet. tom. II, p. 131.

Notat Γέργεσα lapsu graphico mutatum fuisse in Γέρασα. Aitque Γέργεσα Hebraice significare, παροιμία ἐξεβληχότων, id est *incolatus ejicientium*. Deinde sic pergit :

Simile frequenter erratum in lege et prophetis circa nomina videre est, ut accurate edidicimus ab Hebræis edocti, et nostra eorum exemplaribus comparantes : quæ testimonium habent ab editionibus, nondum depravatis, Aquilæ, Symmachi et Theodotionis.

Τὸ δὲ ὅμοιον περὶ τὰ ὀνόματα σφάλμα πολλαχθῶ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἠκριβώσαμεν ἀπὸ Ἑβραίων μαθόντες, καὶ τοῖς ἀντιγράφοις αὐτῶν τὰ ἡμέτερα συγκρίναντες μαρτυρηθεῖσιν ὑπὸ τῶν μηδέπω διαστραφειῶν ἐκδόσεων Ἀκύλου, καὶ Θεοδοτίωνος καὶ Συμμάχου.

Origen. in Cantica, edit. Genebrardi.

Aquila Hebraicam exprimens veritatem.

Origen. epist. ad Africanum edit. Wetsten., p. 224.

Sic enim Aquila, Hebraicæ lectioni serviens edidit : quem Judæi accuratissime omnium credunt interpretatum esse Scripturam : quo maxime uti solent qui Hebraicam dialectum ignorant, utpote qui omnium maxime sensum assecutus esse putetur.

Οὕτω γὰρ Ἀκύλας δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει ἐκδέδωκεν εἰπών, φιλιτιμότερον πεπιστευμένος παρὰ Ἰουδαίοις ἠρμηνευκέναι τὴν Γραφὴν, ᾧ μάλιστα εἰώθασιν οἱ ἀγνοοῦντες τὴν Ἑβραίων διάλεκτον χρῆσθαι, ὡς πάντων μᾶλλον ἐπιτετευγμένω.

Orig. ad Africanum, p. 226.

Rursum plurima per medium totum Job apud Hebræos posita reperiuntur, non item apud nos, interdum quatuordecim, alibi novemdecim, aliquando sexdecim versiculi. Et quid oportet me hæc enumerare, quæ multo labore collegimus, ne nos late-ret discrimen, quod inter Judaica et nostra exemplaria intercedit.

Πάλιν τε αὖ πλείστα ὅσα διὰ μέσου ὄλου τοῦ Ἰῶβ παρ' Ἑβραίοις μὲν κεῖται· παρ' ἡμῖν δὲ οὐχί, καὶ πολλάκις μὲν ἐπὶ τέσσαρα ἢ τρία· ἐσθ' ὅτε δὲ καὶ δεκατέσσαρα, καὶ δεκαεννέα καὶ δεκαεξί. Καὶ τί με δεῖ καταλέγειν ἅ μετὰ πολλοῦ καμάτου ἀνελεξάμεθα. ὑπὲρ τοῦ μὴ λαθάνειν ἡμᾶς τὴν διαφορὰν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ ἡμῖν ἀντιγράφων.

Euseb. Hist. Eccl. l. vi, cap. 16, p. 217 edit. Vales.

Ταυτή δὲ εἰσήγατο τῷ Ὀριγένει τῶν θείων Λόγων ἀπικριτωμένη ἐξέτασις, ὡς καὶ τὴν Ἑβραῖα γλῶτταν ἐκμαθεῖν, τὰς τε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφορέμας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφῆς, κτῆμα ἴδιον τοιήσασθαι· ἀνιχνεῦσαι δὲ τὰς τῶν ἑτέρων παρὰ τοὺς Ὁ τὰς ἱερὰς Γραφὰς ἡρμηνευκῶν ἐκδόσεις· καὶ τινὰς ἐτέρας παρὰ τὰς κατημαρτυρούμεναις ἡρμηνείαις ἐναλλαττούσας, τὴν Ἀκύλου, καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτίωνος, ἐφευρεῖν, ἃς οὐκ οἶδ' ὅθεν ἐκ τῶν μυθῶν τῶν πάλαι λαθραῶν ἡρώων ἀκρίτως, εἰς φῶς προήγαγεν. Ἐφ' ὧν διὰ τὴν ἀπρόληπτον, τίνος ἄρ' εἶεν οὐκ εἰδῶς, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπισημάνατο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὐροίαν ἦν τῆ πρὸς Ἀκτίον Νικοπόλει, τὴν δὲ ἐν ἐτέρῳ τόπῳ τοῖσδε. Ἐν γὰρ μὴ τοῖς Ἑξαπλοῖς τῶν ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισημασμένας τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον Πέμπτην, ἀλλὰ καὶ Ἑκτην καὶ Ἑβδομήτην παραθεῖς ἡρμηνείαν, ἐπὶ μίαις αὐτῶν σεσημειώται, ὡς ἐν Ἱερῶν εὐρημένῳ ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου. Ἰτίνας δὲ ἀπάσας ἐπὶ ταυτὸν συναγαγῶν, διελὼν τε πρὸς κῶλον, καὶ ἀντιπαραθεῖς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημεῖωσης, τὰ τῶν λεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν, ἰδίως τὴν Ἀκύλου, καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτίωνος ἐκδοσὶν ἅμα τῆ τῶν Ὁ τοῖς Τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας.

Id. ibid., cap. 17, p. 218.

Τῶν γὰρ μὴ ἡρμηνευτῶν αὐτῶν δὴ τούτων ἰστέον, Ἐβριωνίαν τὴν Σύμμαχον γεγονέναι. Αἴρεσις δὲ ἐστὶν ἡ τῶν Ἐβριωνίων, οὕτω καλουμένη, τῶν τῶν Χριστὸν ἐκ Ἰωσήφ καὶ Μαρίας γεγονέναι· φασκόντων, ψιλὸν τε ἑβριωνίαν ὑπερλήφωτων αὐτῶν, καὶ τὸν νόμον χρῆναι Ἰουδαϊκώτερον φυλάττειν ἀπικριτωμένων, ὡς πάλαι ἐκ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἐγνώμεν. Καὶ ὑπομνήματα δὲ τοῦ Συμμάχου εἰσέτι νῦν φέρεται· ἐν οἷς ὁμοίως πρὸς τὴν κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέλιον, τὴν δεδηλωμένην αἴρεσιν κρατύνει. Ταῦτα δὲ ὁ Ὀριγένης μετὰ καὶ ἄλλων εἰς τὰς Γραφὰς ἡρμηνευκῶν τοῦ Συμμάχου σημαίνει παρὰ Ἰουδαίων τίνος ἐφάρθεναι· ἦν καὶ φησι παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τὰς ἑβριωνίας διαδέξασθαι.

Euseb. Demonstr. Evang. l. iv, p. 181.

Λευκώτερον δὲ τούτων ἡ Ἑβραίων παρὶ τῆς Γραφῆς, ἦν πρὸς ἀκρίθειαν ἡρμηνεύων ὁ Ἀκύλας, ὃς δὲ πάλαι ἐξέβωκεν.

Tautam porro curam in divinis Scripturis perscrutandis adhibebat Origenes, ut Hebraicam etiam linguam didicerit, et authenticos libros Hebraicis scriptos litteris, qui apud Judæos habebantur sibi comparaverit: aliorum quoque qui præter LXX sacras Scripturas interpretati sunt, editiones pervestigaverit, aliasque quasdam a tritis illis Aquilæ, Symmachi et Theodotionis diversas repererit: quas quidem ille ex nescio quibus erutas angulis in quibus jamdudum delituerant, primus in lucem produxit. Et cum ignoraret cujusnam essent auctoris, id solum significavit, alteram quidem a se repertam fuisse Nicopoli ad Actium; alteram vero in alio designato loco. Utique in Hexaplis psalmodum, post insignes illas quatuor editiones, ubi non solum Quintam, sed etiam Sextam, et Septimam editionem apposuit, ad unam rursus adnotavit, inventam illam fuisse Hierichunte in dolio, temporibus Antonini filii Severi. Has igitur omnes cum in unum collegisset, ac per cola distinxisset, et sibi invicem e regione opposuisset una cum ipso Hebraico textu, Hexaplorum, ut vocant, nobis exemplaria reliquit; cum seorsim editionem Aquilæ, Symmachi et Theodotionis cum LXX Interpretibus, in Tetraplis digessisset

B

C

D

Sciendum porro est Symmachum, qui unus ex illis interpretibus fuit, Ebionæum fuisse. Est autem Ebionæorum hæresis ita dicta, eorum qui Christum ex Josepho et Maria genitum, merumque hominem esse putant, et legem Judaico more servandam esse contendunt, quemadmodum in superioribus libris retulimus. Exstant certe etiamnum Commentarii Symmachi, in quibus Evangelio Matthæi innixus, supradictam hæresim astruere videtur. Atque hos Symmachi Commentarios, cum aliis sacræ Scripturæ interpretationibus ab eodem elaboratis testatur Origenes se a Juliana quadam accepisse, quam ait ab ipso Symmacho hos libros successionis jure accepisse.

Hæc clarius exhibet Hebræorum Scriptura, quam accurate interpretatus Aquila sic edidit.

Id. ibid. l. vi, p. 316.

Προσelyτος δὲ ὁ Ἀκύλας ἦν, οὐ φύσει Ἰουδαῖος.

Proselytus erat Aquila, non natura Judæus.

Et paulo post:

Λέγεται δὲ ὁ Σύμμαχος Ἐβριωνίος εἶναι· αἵρεσις δὲ ἦν οὕτω καλουμένων τινῶν Ἰουδαίων εἰς Χριστὸν πιστεύειν λεγομένων· ἐξ ὧν ὁ Σύμμαχος ἦν.

Porro Symmachus dicitur Ebionæus fuisse: quæ hæresis erat quorundam Judæorum, qui in Christum credere dicebantur, ex quorum numero erat Symmachus.

Euseb. Comment. in Psalmos, p. 139 et 171, 190, 468.

Ἀκύλας δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει.

Aquila Hebræicæ litteræ serviens.

Ibid. p. 596, de psalmo xc, v. 9, agens.

Ἰουδαϊκώτερον ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος τὴν ἡρμηνείαν ἐκτεθεικάσαι, ὑφορώμενοι τὴν πρὸς τοῦ

Aquila et Symmachus modo ad Judaicam sententiam propius accedentes interpretati sunt, docti-

nam a nobis de Altissimo ac de Domino traditam A Ὑψίστου καὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἀποδομένον ἡμῶν
suspectam habentes. δόγμα.

Ibid. p. 86.

Admodum mirabiliter Symmachus.

Σφόδρα θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος.

Ibid. p. 199.

Mirabiliter interpretatus est Symmachus.

Ἡρμήνευσεν θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος.

Ibid.

Theodotio qui numero accuratiorum interpre-
tum est

Καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ, εἰς καὶ αὐτὸς τῶν ἐπιμελῶς
ἐρμηνευσάντων τυγχάνων.

Hieronymus Prologo in Genesim, initio primi tomi.

Quod ut auderem, Origenis me studium provoca-
vit, qui editioni antiquæ translationem Theodotio-
nis miscuit, asterisco ✕ et obelo †, id est stella
et veru, opus omne distinguens: dum aut illuce-
scere facit quæ minus ante fuerant; aut superflua
quæque jugulat et confodit, maxime quæ evangeli-
starum et apostolorum auctoritas promulgavit: in
quibus multa de Veteri Testamento legimus, quæ

in nostris codicibus non habentur, ut est illud:
*Ex Ægypto vocari Filium meum, et: quoniam Naza-
ræus vocabitur, et: Videbunt in quem conpunerunt,*
et: Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, et:
*quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor
hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se, etc.*

Et infra:

Et nescio quis primus auctor Septuaginta cellu-
las Alexandriæ mendacio suo exstruxerit, quibus
divisi eadem scriptitarent, cum Aristæus ejusdem
Ptolemæi ὑπερασπιστής, et multo post tempore Jo-
sephus, nihil tale retulerint: sed in una basilica
congregatos, contulisse scribant, non prophetasse.
Aliud est enim vatem, aliud esse interpretem. Ibi
spiritus ventura prædicit; hic eruditio et verborum

copia, ea quæ intelligit, transfert. Nisi forte putan-
dus est Tullius *Œconomicum* Xenophontis, et Pla-
tonis *Protagoram*, et Demosthenis *pro Ctesiphonte*,
afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter
de eisdem libris per Septuaginta, aliter per aposto-
los Spiritus sanctus testimonia texuit; ut quod hi
tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint.

Hieronymus Præfatione in librum Josue, col. 247, tom. I.

Et ut in primis, quod sæpe testatus sum, sciat C
me non in reprehensionem veterum nova cudere,
sicut amici mei criminantur: sed pro virili parte
offerre linguæ meæ hominibus (quos tamen nostra

delectant), ut pro Græcorum Ἐξαπλοῖς, quæ et
sumptu et labore maximo indigent, editionem no-
stram habeant.

Ibid

Quare Danielis juxta Theodotionis translationem Ecclesiæ susceperunt.

Idem in Præfatione de omnibus libris Veteris Testamenti, p. 317, tomo I.

Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem
litteris scriptitant, figuris tantum et apicibus dis-
crepantes. Certumque est Esdram scribam, legis-
que doctorem, post captam Jerosolyam, et instau-
rationem templi sub Zorobabel, alias litteras repe-
risse quibus nunc utimur, cum ad illud usque tem-
pus iidem Samaritanorum et Hebræorum caracte-

res fuerint. In libro quoque Numerorum hæc ea-
dem supputatio, sub Levitarum et sacerdotum
sensu, mystice ostenditur. Et nomen Domini tetra-
grammaton in quibusdam Græcis voluminibus,
usque hodie antiquis expressum litteris iaveni-
mus.

Idem Præfatione in librum Isaiæ, col. 474, tom. I.

Ut quomodo Græci post LXX Translatore, Aquila
et Symmachum et Theodotionem legunt, vel
ob studium doctrinæ suæ, vel ut LXX magis ex

collatione eorum intelligant: sic et isti saltem
unum post priores habere dignentur interpre-
tem.

Hieronymus Præfatione in Job, col. 395, tom. I.

Cogor per singulos Scripturæ divinæ libros ad-
versariorum respondere maledictis, qui interpreta-
tionem meam, reprehensionem Septuaginta Inter-
pretum criminantur (a): quasi non et apud Græcos
Aquila, Symmachus, et Theodotio, vel verbum e
verbo vel sensum e sensu, vel ex utroque commi-
stum, et medie temperatum genus translationis

expresserint, et omnia Veteris Instrumenti volu-
mina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos
vel additos vel de Theodotione sumptos, transla-
tioni antiquæ inseruit, probans defuisse quod addi-
tum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere
in toto, quod in partibus susceperunt, aut interpre-
tationem meam cum asteriscis suis radere. Neque

(a) Id repetit, *Apol. adversus Ruf.*, lib. II, col. 429.

enim fieri potest, ut quos plura intermisisse susce-
perint, non eosdem etiam in quibusdam errasse
fateantur, præcipue in Job : cui si ea quæ sub
asteriscis addita sunt subtraxeris, pars maxima vo-
luminis detruncabitur, et hoc duntaxat apud Græ-

Et infra :

Memini me ob intelligentiam hujus voluminis,
Lyddæum quemdam præceptorem, qui apud He-
bræos primus haberi putabatur, non parvis rede-

cos. Cæterum apud Latinos, ante eam translatio-
nem, quam sub asteriscis et obelis nuper edidimus,
septingenti ferme aut octingenti versus desunt ; ut
decurtatus et laceratus corrosusque liber, fœdita-
tem sui publice legentibus præbeat.

misse nummis : cujus doctrina an aliquid profeco-
rim, nescio.

Et infra :

Quod si apud Græcos, post LXX editionem, jam
Christi Evangelio coruscante, Judæus Aquila, Sym-
machus et Theodotio, Judaizantes hæretici, sunt
recepti, qui multa mysteria Salvatoris subdola in-
terpretatione celarunt, et tamen in Ἑξάπλοις ha-

bentur apud Ecclesias, et explanantur ab ecclesias-
tasticis viris : quanto magis ego Christianus, et de
parentibus Christianis natus, et vexillum crucis in
mea fronte portans, cujus studium fuit omnia re-
petere, etc.

Hieronymus Præfatione in librum Psalmorum juxta Hebraicam veritatem tom. I, col. 835.

Quia igitur nuper cum Hebræo disputans, quæ
dam pro Domino Salvatore de Psalmis testimonia
protulisti, volensque ille te illudere, per sermones
pene singulos asserebat non ita haberi in Hebræo,

ut tu de LXX Interpretibus opponeres, studiosis-
sime postulasti, ut post Aquilam et Symmachum
et Theodotionem novam editionem Latino sermone
transferrem, etc.

Idem Præfat. in Daniele, tom. I, col. 987.

Danielem prophetam juxta LXX Interpretes, Do-
mini Salvatoris nostri Ecclesiæ non legunt, uten-

tes Theodotionis editione ; et hoc cur acciderit ve-
scio.

Idem Præfat. in Paralipom., tom. I, col. 1002.

Si LXX Interpretum, pura et ut ab eis in Græ-
cum versa est. editio permaneret, superflue me, mi
Chromati episcoporum sanctissime atque doctissime,
impelleres, ut Hebræa volumina Latino sermone
transferrem. Quod enim semel aures hominum oc-
cupaverat, et nascentis Ecclesiæ roboraverat fidem,
justam erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc
vero cum germana illa antiquaque translatio cor-
rupta sit, atque violata, nostri arbitrii putas, aut e
pluribus judicare quid verum sit, aut novum opus
in veteri opere cudere, illudentibusque Judæis, con-
nicam, ut dicitur, oculos configere. Alexandria et
Egyptus in LXX suis Hesychium laudat, aucto-

rem, Constantinopolis usque Antiochiam Luciani
martyris exemplaria probat ; mediæ inter has pro-
vinciæ Palæstinæ codices legunt : quos ab Origene
elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgaverunt : to-
tusque orbis hac inter se contraria varietate com-
pugnat. Et certe Origenes (a) non solum exempla-
ria composuit quatuor editionum, e regione singula
verba describens, ut unus dissentiens, statim cæte-
ris inter se consentientibus arguatur ; sed quod ma-
joris audaciæ est, in editione LXX Theodotionis
editionem miscuit, asteriscis designans quæ minus
ante fuerant, et virgulis quæ ex superfluo videban-
tur apposita.

Hieronymi Præfat. in Ezram, tom. I, col. 1107.

Porro aliud est si clausis, quod dicunt, oculis
mihi volunt maledicere, et non imitantur Græco-
rum studium ac benevolentiam, qui post LXX
Translatores, jam Chri-on. Evangelio coruscante,

Judæos et Ebionitas legis veteris interpretes, Aquila-
m videlicet, et Symmachum, et Theodotionem, et
curiose legunt, et per Origenis laborem in Ἑξά-
πλοις Ecclesiis dedicarunt.

Idem Præfat. in librum Psalmorum, tom. I, col. 1222.

Notet sibi unusquisque vel jacentem lineam, vel
signa radiantia, id est obelos + vel asteriscos ✕ ;
et ubique viderit virgulam præcedentem + ab
ea usque ad duo puncta ; quæ impressimus, sciat
in LXX Translatoribus plus haberi. Ubi autem stel-

læ ✕ similitudinem perspexerit, de Hebræis vo-
luminibus additum noverit, atque usque ad duo
puncta, juxta Theodotionis duntaxat editionem, quæ
simplicitate sermonis a LXX Interpretibus non
discordat.

Idem Præfat. in librum Paralipomenon juxta LXX Interpretes, tom. I, col. 1418.

Denique cum litteris a me nuper flagitassetis, ut
vobis Paralipomenon Latino sermone transfer-
rem, de Tiberiade legis quemdam doctorem, qui

apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi, et
contuli cum eo a vertice, ut aiunt, usque ad extre-
mum unguem.

Ibid. col. 1419.

Ubiunque ergo asteriscos, id est stellas ✕, ra-
diare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de He-

bræis additum, quod in Latinis codicibus non ha-
betur. Ubi vero obelus, transversa scilicet virga +

(a) Hoc ipsum repetit l. II contra Ruf., col. 425.

præposita est, illic signatur quid LXX Interpretes A sancti auctoritatem, licet in Hebræis voluminibus addiderint vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus non legatur.

Hieron. Præfat. in libros Salomonis, tom. I, col. 1419.

Tres libros Salomonis, id est Proverbia, Ecclesiasten, Canticum canticorum, veteri LXX Interpretum auctoritati reddidi; vel antepositis lineis + superflua quæque designans; vel stellis ✕ ti-

tulo prænotatis, ea quæ minus habebantur interserens: quo plenius, o Paula et Eustochium, cognoscatis quid in libris nostris minus sit, quid redundet.

Idem Præfat. in quatuor Evangelia, tom. I, col. 1426.

Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter novos et veteres me-

dus incedat. Sit illa vera interpretatio, quam apostoli probaverunt.

Idem Præfat. in librum Hebraic. Quæst., tom. II, col. 505.

Neque vero LXX Interpretum, ut invidi latrant, errores arguimus: nec nostrum laborem illorum reprehensionem putamus, cum illi Ptolemæo regi Alexandria, mystica quæque in Scripturis sanctis prodere noluerint: et maxime ea quæ Christi adventum pollicebantur, ne viderentur Judæi et alterum Deum colere: quos ille Platonis sectator, magni idcirco faciebat, quia unum Deum colere dicerentur. Sed et evangelistæ, et Dominus quoque noster atque Salvator, necnon et Paulus apostolus, multa quasi de Veteri Testamento proferunt, quæ

B in nostris codicibus non habentur. Super quibus in suis locis plenius disseremus. Ex quo perspicuum est, illa magis vera esse exemplaria, quæ cum Novi Testamenti auctoritate concordant. Accedit ad hoc quoque quod Josephus, qui LXX Interpretum ponit historiam, quinque tantum ab eis libros Moysi translatos refert: quos nos quoque confitemur plus quam cæteros cum Hebraicis consonare. Sed et ii qui postea interpretes exstiterunt, Aquilam loquor, et Symmachum, et Theodotionem, longe aliter habent quam nos legimus.

Ibid. col. 542, ad Gen. XI, v. 16.

Symmachus more suo apertius transtulit.

In Epist. ad Damasum, tom. II, col. 567.

Aquila namque qui non contentiosius, ut quidam putant, sed studiosius verbum interpretatur ad verbum.

Et infra:

Aquilam vero ut in cæteris, et in hoc maxime loco proprie transtulisse omnis Judæa conclamat.

Epist. ad Evangelium, col. 574, tom. II.

Nec refert, utrum Salem an Salim nominetur, C num, eadem verba diversis sonis atque accentibus proferantur.

Epistola ad Suniam et Fretelam, tom. II, p. 627.

In quo illud breviter admoneo, ut sciatis aliam esse editionem quam Origenes, et Cæsariensis Eusebius, omnesque Græciæ tractatores κοινήν, id est communem, appellant atque vulgatam, et a plerisque nunc Λουκιανός dicitur; aliam LXX Interpretum, quæ et in Ἑξαπλόις codicibus reperitur, et a nobis in Latinum sermonem fideliter versa est, et Jerosolymæ atque in Orientis Ecclesiis decantatur.... Κοινή autem ista, hoc est communis editio,

ipsa est quæ et LXX. Sed hoc interest inter utramque, quod κοινή pro locis et temporibus, et pro voluntate scriptorum, vetus corrupta editio est; ea autem quæ habetur in Ἑξαπλόις, et quam nos vertimus, ipsa est quæ in eruditorum libris incorrupta et immaculata LXX Interpretum translatio reservatur. Quidquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est quin ita et a Hebræorum auctoritate discordet.

Hieron. epist. ad Marcellam., tom. II, col. 707.

Aquila, qui verborum Hebræorum diligentissimus explicator est.

Hieron. epist. ad Marcellum tom. II, col. 711.

Theodotion, qui in cæteris cum Septuaginta Translatoribus facit.

Hieron. Comment. in Ecclesiasten, tom. II, col. 740.

Hebræus meus cujus sæpe facio mentionem, cum Ecclesiasten mecum legeret, hæc Baracibam, quem unum vel maxime admirantur (a).

Hieron. Præfatione in Homilias Origenis in Canticum, tom. II, col. 87.

Origenes cum in cæteris libris omnes vicerit, in Cantica canticorum ipse se vicit. Nam decem voluminibus explicitis, quæ ad viginti usque versuum millia pene perveniunt; primum LXX Interpretes;

deinde Aquilam et Symmachum et Theodotionem, et ad extremum Quintam editionem, quam in Actio littore invenisse se scribit, etc.

(a) De Symmacho passim dicit Hieronymus ipsum apertius et manifestius interpretatum esse.

Hieron. Comm. in Isaiam, tom. III, col. 24.

P litteram sermo Hebraicus non habet; sed pro ea PHI Græco utitur.

Hieron. Comm. in Isai., cap. VIII, tom. III, col. 79.

Das domus Nazaræi, (qui ita Christum recipiunt, ut observationes legis veteris non amittant) duas familias interpretantur, Sammai et Hillel: ex quibus orti sunt Scribæ et Pharisei; quorum suscepti scholam Akibas, quem magistrum Aquilæ proselyti autumant: et post eum Meir, cui successit Johanan filius Zachai et post eum Eliezer, et

A per ordinem Delphon: et rursum Joseph Galitæus: et usque ad captivitatem Jerusalem Josue. Sammai igitur et Hillel non multo prius quam Dominus nasceretur, orti sunt in Judæa, quorum prior dissipator interpretatur, sequens profanus, eo quod per traditiones et δευτερώσεις suas legis præcepta dissipaverit atque maculaverit.

Hieron. Comment in Isaiam, col. 552.

De Aquila autem non miror, quod homo eruditissimus linguæ Hebraicæ, et verbum de verbo exprimens, in hoc loco aut simularit imperitiam, aut

Phariseorum perversa expositione deceptus sit, qui interpretari voluit, et Israel ei congregabitur.

Hieron. Comm. in Ezech., tom. III, col. 716.

Aquilæ vero secunda editio, quam Hebræi κατά ἀκρίβειαν nominant, transtulit ἡρεμάζων, id est quiescens, et seorsim positus.

Hieron. Præfat. in Comment. Danielis, tom. III, col. 1075.

Illud quoque lectorem admoneo, Danielem non juxta LXX Interpretes, sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, qui utique post adventum Christi incredulus fuit: licet eum quidam dicant Ebionitam, qui altero genere Judæus est. Sed et Origenes de Theodotionis opere in editione Vulgata asteriscos posuit, docens defuisse quæ addita sunt, et rursus

B quosdam versus obelis prænotavit, superflua quæque designans. Cumque omnes Christi Ecclesiæ tam Græcorum quam Latinorum, Syrorumque et Ægyptiorum hanc sub asteriscis et obelis editionem legant, ignoscant invidi labori meo, qui volui habere nostros quod Græci in Aquilæ et Theodotionis ac Symachi editionibus lectitant.

Hieron. Comment. in Daniel. cap. I, col. 1075.

Quod nos juxta editionem Hebræorum quæ κατ' ἀκρίβειαν legitur in tyrannos vertimus.

Idem. Comment. in Osee, cap. II, tom. III, col. 1252.

Aquila diligens et curiosus interpres.

Hieron. Comment. in Habacuc, tom. III, col. 1653.

Sciendum autem, ut supra diximus, quod ubi posuerunt LXX plurali numero, ut salvaes christos tuos, ibi esse in Hebraico LAIESUA ETH MESSIACH, quod Aquila transtulit, in salutem cum Christo tuo: non quod Deus egressus sit, ut salvaret populum, et salvaret Christum suum; sed quod in salutem populi venerit cum Christo suo, juxta illud Evangelii: Pater in me, et ego in Patre; et Pater in me manens ipse facit opera sua. Sed et Quinta editio similiter transtulit: Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Theodotio autem vere quasi pauper et Ebionita: sed et Symmachus

C ejusdem dogmatis, pauperem sensum secuti, Judaice transtulerunt: Egressus es in salutem populi tui, ut salvaes Christum tuum; et, egressus es salvare populum tuum, salvare Christum tuum. Rem incredibilem dicturus sum, sed tamen veram. Isti Semichristiani Judaice transtulerunt, et Judæus Aquila interpretatus est ut Christianus. Sexta editio prodens manifestissime sacramentum, ita vertit ex Hebræo: Egressus es ut salvaes populum tuum per Jesum Christum tuum, quod Græce dicitur, ἐξήλθες τοῦ σώσαι τὸν λαόν σου διὰ Ἰησοῦν Χριστόν σου.

Hieron. Comment. in Epist. ad Titum, tom. IV, col. 457.

Unde et nobis curæ fuit omnes veteris legis libros, quos vir doctus Adamantius in Hexapla digresserat, de Cæsariensi bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare, in quibus et ipsa Hebræa propriis sunt characteribus verba descripta, et Græcis litteris tramite expressa vicino. Aquila etiam et Symmachus, Septuaginta quoque et Theodotio suum ordinem tenent. Nonnulli vero libri,

D et maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent; quam Quintam, et Sextam, et Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus interpretum consecutas. Hæc immortale illud ingenium suo nobis labore donavit, ut non magnopere pertimescamus supercilium Judæorum, solutis labiis, et stridente saliva, et rasa fauce gaudentium.

Idem epist. 24 ad Marcellam, tom. II, col. 61.

Jam pridem cum voluminibus Hebræorum editionem Aquilæ confero; ne quid forsitan propter alium Christi Synagoga mutaverit; et ut amicæ

menti fatear, quæ ad nostram fidem pertineant roborandam plura reperio.

Idem epist. 29, ad Paulam, tom. IV, col. 68.

Quorsum Varronis et Chalcenteri mentio facta sit, quæritis? Videlicet ut ad Adamantium no-

strumque Cna.centerum veniamus : qui tanto studio in sanctarum Scripturarum labore sudavit, ut juste Adamantii nomen acceperit.

Idem in Catalogo Scriptorum Eccles. de Origene, tom. IV, col. 116.

Quis ignorat, quod tantum in Scripturis divinis habuerit studii, ut etiam Hebræam linguam contra aetatis gentisque suæ naturam edisceret : et acceptis LXX Interpretibus, alias quoque editiones in unum volumen congregaret ; Aquilæ scilicet Pontici proselyti, et Theodotionis Ebionæi, et Symmachi

ejusdem dogmatis : qui in Evangelium quoque *κατὰ Ματθαῖον* scripsit Commentarios, de quo et suum dogma confirmare conatur. Præterea Quintam et Sextam et Septimam editionem, quas etiam nos de ejus bibliotheca habemus, miro labore reperit, et cum cæteris editionibus comparavit.

Hieron. epist. 53 ad Pammachium, tom. III, col. 25.

Sed quid faciemus ad authenticos libros, in quibus hæc non feruntur ascripta, et cætera his similia, quæ si proferre nitamur, infinitis libris opus est ? Porro quanta dimiserint, vel asterisci testes, ut dixi, sunt, vel nostra interpretatio, si a diligenti lectore translationi veteri conferatur : et tamen jure LXX editio obtinuit in Ecclesiis, vel quia prima est, et ante Christi facta adventum ; vel quia ab apostolis (in quibus tamen ab Hebraico non discrepat) usurpata. Aquila autem proselytus et conten-

tiosus interpres, qui non solum verba, sed etymologias quoque verborum transferre conatus est, jure projicitur a nobis. Quis enim pro *frumento* et *vino* et *oleo* possit, vel legere, vel intelligere, *χεῦμα*, *ὀπωρισμὸν*, *στιλπνότητα*, quod non possumus dicere, *fusionem*, *ponationemque et splendentiam* ? Aut quia Hebræi non solum habent *ἄρθρα*, sed et *πρόαρθρα*, ille *κακοζήλως*, et syllabas interpretatur et litteras, dicitque *σὺν τὸν οὐρανὸν, καὶ σὺν τῆν γῆν*, quod Græca et Latina lingua omnino non recepit.

Hieron. Apologia advers. Rufinum, tom. IV, col. 363.

Certe etiam Origenes patriarchen Huillum, qui temporibus ejus fuit, nominat ; et tricesimum to-mum in Hesaiam, in cujus fine edisserit : *Væ tibi, civitas Ariel, quam expugnavit David*, illius expositione concludit ; et cum aliter prius sensisse se dicat, doctum ab illo id quod est verius, constat.

Octogesimum quoque nonum psalmum, qui scribitur : *Oratio Moysi hominis Dei*, et reliquos undecim, qui non habent titulos, secundum Huilli expositionem, ejusdem Moysi putat : nec dedignatur Hebræam Scripturam interpretans, per singula loca quid Hebræis videatur inserere.

Idem adv. Rufinum, l. II, tom. IV, col. 423.

Quod ut auderem, Origenis me studium provocavit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asterisco ✕ et obelisco +, id est stella et veru opus omne distinguens : dum aut il-

lucescere facit quæ minus ante fuerant ; aut superflua quæque jugulat et confodit : maximeque quæ evangelistarum et apostolorum auctoritas promulgavit.

Hieron. epist. 45, ad Marcellam, tom. II, col. 552.

Ambrosius, quo chartas, sumptus, notarios ministrante, tam innumerabiles libros vere Adamantius, et Chalcenterus noster explicavit, in quadam epistola, quam ad eundem de Athenis scripserat,

refert nunquam se cibum Origene præsentem sine lectione sumpsisse, nunquam iniisse somnum, nisi unus e fratribus sacris litteris personaret.

Hieron. epist. 74, ad Augustinum, tom. IV, col. 626.

Quod autem in aliis quæris epistolis, cur prior mea in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat et virgulas prænotatas ; et postea aliam translationem absque his signis ediderim, videris mihi non intelligere quod quæstisti. Illa enim interpretatio LXX Interpretum est : et ubicunque virgulæ, id est obeli, sunt, significatur quod LXX plus dixerint quam habetur in Hebræo ; ubi autem asterisci, id est stellulæ prælucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum est : et ibi Græca transtulimus, hic de ipso Hebraico quod intelligebamus expressimus, sensuum potius veritatem quam verborum ordinem interdum conservantes.

Et miror quomodo LXX Interpretum libros legas, non puros, ut ab eis editi sunt, sed ab Origene emendatos, sive corruptos per obelos et asteriscos ; et Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris, præsertim cum ea quæ addita sunt, ex hominis Judæi atque blasphemi post passionem Christi, editione transtulerit. Vis amator esse verus Septuaginta Interpretum ? Non legas ea quæ sub asteriscis sunt, imo rade de voluminibus, ut veterum te factorem probes. Quod si feceris, omnium Ecclesiarum bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus aut alter invenietur liber qui ista non habeat.

Hieron. epist. ad Vincentium et Gallienum, tom. IV, col. 805.

Quamobrem Aquila, et Symmachus, et Theodotio incitati, diversum pene opus in eodem opere prodiderunt ; alio nitente verbum de verbo exprimere, alio sensum potius sequi, tertio non multum a ve-

teribus discrepare. Quinta autem et Sexta et Septima editio, licet quibus censeantur auctoribus ignoretur, tamen ita probabilem sui diversitatem tenent, ut auctoritatem sine nominibus meruerint.

Ex Rufino Hist. eccl. lib. vi, cap. 13.

Famosissimos illos codices primus composuit A scripsit, ita ut primo omnium ipsa Hebræa verba Origenes, in quibus per singulas columnulas e re- Hebraicis litteris poneret, secundo in loco per or- gione separatim opus interpretis uniuscujusque de- dinem Græcis litteris.

Philastrius Briziensis De hæresibus, num. 90.

Sunt hæretici qui, sicuti Septuaginta duorum sanctorum sapientissimorumque virorum interpretationem respuentes, Aquilæ cujusdam hominis unius Pontici, qui post annos multos interpretatus est, ædificationem suscipiunt. Qui cum quædam præmittere, necessitate urgente, tunc temporis cogentur, dissonantia putantur dictasse. Is veluti plus a quibusdam Judæis maxime intellexisse laudatur, cum de Patre et Filio, non sicuti illi priores de lege, dictaverit; Septuaginta enim duo dixerunt: *B Adversus Dominum, et adversus Christum ejus;* Aquila autem: *Adversus Dominum, et adversus unctum ejus.* Et iterum Septuaginta duo dixerunt: *Ecce virgo concipiet, et pariet filium; et nomen ejus, Deus nobiscum.* Aquila autem dixit: *Ecce juven-*

cula concipiet, et pariet filium; et nomen ejus, potens cum hominibus. Quæ quidem si pio sensu lectionis accepta fuerint, quod fortis et potens nemo nisi Christus Deus Dei sit Filius, recte intelligit; si autem de eo dubitat, abjicienda et spernenda est talis editio. Unde Judæi non Septuaginta duorum interpretationes habent, qui de Patre et Filio et sancto Spiritu bene sentientes, unam substantiam, divinitatem, majestatem enuntiarunt; sed illius Aquilæ, qui non ita recte sentit de Filio Dei, sed quasi de propheta nuntiaverit. Unde interpretationes ejus in medio librorum nunquam ponuntur, sed dextræ lævæque assignantur: et ut contrariæ et non plenæ veritatis, ita leguntur a plurimis, etc.

Mox num. 91.

Est hæresis, quæ iterum post Aquilam triginta hominum interpretationem accipit, non illorum beatissimorum septuaginta duorum, qui integre in- violateque de Trinitate sentientes, Ecclesiæ catho- licæ firmamenta certissima tradiderunt interpre-

tantes Scripturas. Isti triginta in multis Aquilam sunt secuti, unde ab Ecclesia catholica et istorum non suscipitur interpretatio, quæ continetur in libris authenticis.

Ibid. num. 92.

Est hæresis quæ iterum sex virorum interpreta- tionem postea editam vult sequi, non illorum priorum sanctorum, qui Septuaginta duorum aliis mo-

dis interpretari desiderant; et non parvum errorem incurrit, diversa itidem sentiens de fide catholica.

Ibid. num. 93.

Sunt hæretici alii qui Theodotionis et Symmachi C eundem interpretationem diverso modo expositam

sequuntur, non illam beatissimorum priorum quam Ecclesia catholica colit et prædicat.

Augustinus De civitate Dei, l. xv, cap. 23, tom. VII, p. 408.

Aquila autem, quem interpretem Judæi cæteris anteponunt, non angelos Dei, nec filios Dei, sed filios deorum interpretatus est.

Aug. De civitate Dei, l. xviii, cap. 48, p. 526.

Nam cum fuerint et alii interpretes qui ex Hebræa lingua in Græcam sacra illa eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus, Theodotio; sicut etiam illa est interpretatio, cujus auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis Quinta

